Sanguinem nō minuas nec de ansere comedas: neqȝ potionē sumas. viij. ⁊. ix. die Aprilis. ⁊ kal'. Augusti: ⁊ vltia die Decembris p̄sertim ⁊ vltima die Junij: q2 tunc vene nimis plene sūt. Jō in hoibus ⁊ pecudibus fleubotomie incisis vel aliȷs aialibus vulneratis piculosum est: hō etiā q in istis diebus natus est vel fuerit: aut morte mala: aut maximo labore peribit. ¶ Itē die Januarij vltimo ⁊ Februarij vult p̄mo: hō q natus fuerit post mortē suā nūqȝ putredine soluet̃. Et nota q̄ hoies sani de mane habent vrinā albam. Ante prandium rubeam. Post prandiū candidā. Et ante cenā calidā. Cauendū est etiā sūme ne aliqs in subnotatis diebus minuat: q2 pericula ex hoc eueniūt infrascripta. Si sexto kalēdas Januarij aliqs sanguinem trahit: aut moritur infra annū: aut visus: aut alius sensus ei minuetur: aut febre capiet̃. Si octauo kalendas Februarij: aut mortē at̃. spasmuz cordis: aut paralisim patiet̃. Si pridie kalendas Martij: aut moritur: aut spasmū: aut paralisim: aut febrem succurrit: etiam si qs quocunqȝ die alio in predicto in Martio minuetur ille in Augusto febricitabit. Si tertio idus Aprilis: aut statim aut quarto die morietur: aut patietur febrem: aut spasmum. Si tertio vel quinto kalendas Maij: aut moritur aut febres incurrit: aut dissolutionem mentis habebit. Et si primo nonas Maij: aut moritur: aut emigraneam patietur. Si tertio idus Junij: aut epilensiam: aut elephantiam incurrit. Si Octauo kalendas Julij: aut moritur: aut i extasim vertitur: aut in iecore dolebit. Et si qnto nonarū

Julij

Julij: aut moritur: aut obliuiosus erit: aut viscera in frigora sustinebit. Si nono kalendis Augusti: aut statim: aut quinto die moritur. Et si eodem die potionem sumpsit ante trigesimam diem morietur. Si tertio kalēdas Septembris: aut infra annum mo ietur: aut frenesim patietur: aut visus oculorum eius extinguetur: aut scabiem: aut pruriginem: aut sudorem fetidum sustinebit. Et si tertio nonas ipsius Septembris: aut morit: aut spasmum habebit. Si duodecim kalendas Octobris aut morit: aut hebetudo sibi occurrit: aut icteritius erit.

Sequitur de duodecim mensibus.

De Januario.



In iano claris calidis cibis potiaris.
Ne tibi languores sint aptos sume liquores.
Nec minui cogita: contraria fercula vita.
Balnea sint grata et potio sit moderata.

Februarius.

Signitur occulta febrio febris tibi multa.
Si comedis betam necnon aucam vel anetam.
Potio sumatur: in pollice tunc minuatur.
Frigida vitentur sed balnea sana videntur.

Marcius.

Marcius reserat humores: gignitque dolores.
Sume cibum pure coctana si placet vre.
balnea sint assa nec dulcia sint tibi cassa.
Uena nec habēda nec potio sit minuenda.

Aprilis.

Se probat in vere vires aprilis habere.
Cuncta renascuntur pori tunc aperiuntur.
Hincque scalpescit corpus sanguis quoque crescit.
Ergo soluatur venter cruor at minuatur.

Maius.

Maio secure laxari sit tibi cure.
Scindatur vena sed balnea dent amena.
Cum validis rebus sint balnea seu speciebus.
Potibus astricta sit saluia cum benedicta.

Junius.

Qui vult solamen iulio probet hoc medicamen.
Uenā nō cedat: nec ventrem potio ledat.
Somnum compescat: et balnea cuncta pauescat
Et venerem vita sit anetum saluia ruta.

Augustus.

Quisque sub augusto viuat moderamine iusto.
Rare dormitet: frigus coitum quoque vitet.
Nec minui cogita: contraria fercula vita.
Potio vitatur: ac lotio nulla paratur.

September.

Fructus maturi septembre sunt valituri.
Sed pira cum vino: panis cum lacte caprino.
Atque diuretica potio tibi fertur amica.
At venam pandas species cum semine mundas.

October.

October vina prestat: valetque ferina.
Necnon aucina caro conuenit et volucrina.
Quantum vis comede: sed non precordia lede.
Quāuis sit sana tamen est repletio vana.

Nouember.

Ista nouembre datur tibi regula medo bibatur.
Si vita queritur mel et zinziber comedatur.
Balnea cum venere tunc nullum constat habere.
His vir senescit ydropisis quoque crescit.


December.

Sane sunt membris calide res mense decembris.
Caulis vitetur: capitalis vena secetur.
A frigore caput tegas vt sanus bene degas.
Ne nimis egrotes cinamomia repuntica potes.

Aries in prima constitutione cepit videre: hoc est quod hominis caput habere dicitur.
Taurus: habet collum et guttur.
Gemini: spatulas vsque ad manus.
Cancer: pectus et pulmonem.
Leo: stomachum.
Uirgo: epar: et intestina: et circa ventrem.
Libra: renes: anchas: et vesicam.
Scorpius: circa verebunda: et vasa seminaria.
Sagittarius: coxas.
Capricornus: genua.
Aquarius: tibias.
Pisces autem pedes.

Et ita membra humani corporis per signa supercelestia diuiduntur.

Luna existente in signo membri patientis nullum medicamen facias illi membro


Aries est signū mensis martij. ⁊ Malum est mederi in capite et tunc qui in capite percutitur : aut moritur aut remanet lesus.
Taurus est signum mensis aprilis. Malum est mederi oculis collo et gutturi:ac gargarismuz facere.
Gemini est signū mēsis mai malū est mederi ī pectis brachijs:⁊ manib⁹ sicut dore mid
Cancer est signū mensis Junij. Maluz est mederi pectori.splení.pulmoni et oculis.
Leo est signū mēsis Julij. Malum est mederi stomaco:cordi: neruis: lumbis et dorso.
Virgo est signum mensis augusti. maluz est mederi vētri:cost; : ⁊ diafragmati.
Libra ē signū mēsis septēb. malū est mederi iferiorib⁹ vētris. Sic femori anchis ⁊ plus et q̄ lt ifert⁹ ad pudi.
Scorpius est signū mēsis octobris.malum ē mederi virilib⁹ mēbris sicut testiculis vulue vesice : ⁊ ana.
Sagittarius est singum mensis Nouembris:et malum est mederi coxis:natis et posterioribus.
Capricornus est signuz mensis decembris.malom est mederi genibus et eorum neruis.
Piscis est signum mensis februarij. Malū est medicari pedibus et neruis eorū et doloribus podagre:et his similibus.
Aquarius est signuz mēsis Januarij:malum est mederi tibiis et cruribus.

Litargia
Cephalica
Casus capillorum
Camphitalgia.
Totū i frōte añ ꝛ retro
Omnis calor de humo re de ambulatorio ꝛ de ventositate que vagantur de loco ad locum.

Vngues mali

Secundina est quedaz membrana in qua iacet puer in matrice.

Ictericia. siccitas humor lepra morphea paralesis ex frigida causa vel calida frigus cōstrictio pororum.

Melancolia
Mania
Frenesis
Menopeza
In fronte ante et retro
Emptoica.
Empima
Pleuresis
Ptisis
Fluxus reumatis
Fluxus oculorū

Vngues mali


Sequitur ordiarie in infra scriptis circulis de cōceptiōe quō mulier volens cōcipe se hēre debeat mulier cōcipe volētes videat ne matrix sit hūorosa nimis nec nimis sicca nec feruida nec nimis frigida seruato ordine mēstruali pregnationis nec habūdas varijs liquoribus vel albis sꝫ sanguineis ꝛ nec plurimis ꝛ nec paucis sitqꝫ mulier facilis digestionis et ꝯseruetur corpus intemperie.

Diafragma ē pellicula diuidens nutritiua a spiritualibus

Ictericia siccitas humor lepra morphea palesis ex frigida cā vel calida frigus ꝯstrictio pororū

a
b
c
d
e
f
g
h
hh
gg
ff
ee
dd

i k l m n o p q r s t u x y z ꝛ ꝯ ꝶ aa bb cc


Notanda sunt aliqua signa cōceptionis ipsius mulieris. Primuꝫ.n signū ē qꝫ ex pte coitus cognoscit. Si.n.mulier qñ fuit in coitu cū viro post coitum frigus sentit ꝛ dolores in renibus signum est cōceptionis. Itē si color faciei vltra modū ꝛ bm moreꝫ solitum est mutatus signū est cōceptione. Itē si aliqua cibaria cōcupiscit sicut terrā vel carbones: signum ē conceptionis. Iteꝫ si vis scire vtrū masculus vel femina ē cōcepta si color faciei ē rubeus leuis ꝛ venter in dextra pte tūc scit ꝛ rotūdat ꝛ lac de mamillis spissum ꝛ bene cocrum ꝛ digestuꝫ exierit: ꝛ si ponatur sup aliqđ corpus bene pollituꝫ ꝛ tersuꝫ ꝛ non diuiditur secundum partē: sed constabit tunc est masculus.

a ¶ Quando mulier dolet vbera. Recipe plantaginē ⁊ cōtunde bene ⁊ supera vbera liga: vel recipe cepe ⁊ pista ⁊ cōcute cum antiqua axungia: sed prius axūgiā mitte in aquā vt sal extrahat ⁊ postea emplastra super mamillam.

b ¶ Si mulier lactās puerꝝ deficit lacte bibat medonē ⁊ ceruisiam iuuenē ⁊ pncipaliter caueat ne bibat vinū: simul excoquat feniculū cum semine suo in iuueni ceruisiā ⁊ suaui ⁊ bibat illud ⁊ comedat etiam illud semen feniculi ⁊ abundabit in lacte copiose. Sera. Coli. Ysaac. Haly. Plinius li. ij. caplo. iij. Itē accipiat pulegium ⁊ misce cū vino ⁊ da bibere nutrienti puerꝝ omni die ⁊ habebit lac copiose. Macer. Item menta de mane comesta prodest mulieribus pueros lactantibus.

c ¶ Ad expellendū fetū de muliere nouiter cōceptū. Recipe castoreū ⁊ coque in vino vel in braxia ⁊ bibe mane ⁊ sero ⁊ exiet si erit masculus. Si autem femella fuerit nullo modo expellens eam.

d ¶ Cōtra hoc quando secundina post partū nō educitur tunc puluerizā lapidē q agates appellatur ⁊ da in potu. Item fac subfumigationē cū pennis gallinarꝝ ⁊ fac eam desuper sedere q ad se recipiat fumū ⁊ curabitur. Item semen plantaginis post partū mulier bibat in potu assidue ⁊ deducit secundinam.

e ¶ De cōceptione Embrionis primo mense fit coagulatio sanguinis. scđo expressio corporis: tertio mense fit connexio corporis ⁊ anime: quarto accepit vngulas: quinto accepit similitudinē patris vel matris: sexto facit neruorum contractionem: septimo medulla consolidatur: octauo ossa ⁊ nerui confirmantur. nono naturā mouet ⁊ infans omnium rerum beneficijs impletur ex tenebris ad lucem veniet.

f ¶ Ad libidinē excitādū. Accipe succi verbene duos ciatos ⁊ grana piperis. xij. ⁊ fel hircinum vel alterius animalis quantum tibi videtur hec tria cū melle simul cōmisce vt sumi possit ⁊ serua ⁊ cū opus fuerit da cū vino bibere. Itē renes cerui decoquant cū vino bono ⁊ bibe quando volueris ⁊ videbis mirabilia.

g ¶ De exitu fetus in quo mense habebat bene suum exitum vel egressum. Si. n. in octauo mense hʒ egressū sic raro viuit. causa huius est oīs fetus naturaliter tendit adortum in septimo mense: si tunc in octauo qescit a labore quem habuit in septimo. Si vero in nono mēse erit sanus est: q2 qeuit a laboribus vt dixi: sed si statī in octauo exierit nō viuit. Rō q2 debilitatus est ꝑ laborem septimi mensis ⁊ non quieuit.

h ¶ Per quem modū puer exit de vtero nota: qbusdam. n. mulieribus plus accidit dolor: qbusdā minus accidit q fetus aliquando protendit manū vel pedem in egrediendo: ⁊ hec oīa nociua sunt: ⁊ sic tunc obstetrices diligenter intrudunt fetum: ⁊ ex isto maximus dolor generatur per quē plures mulieres nisi sint valde fortes debilitantur vsq ad mortē sic tunc mulieres bene ⁊ experte in hoc opere debent haberi: q2 quedā obstetrices vtuntur quodā vnguento quo vngunt vuluā mulieris: ⁊ tunc fetus exit liber: ⁊ scias: q2 fetus naturaliter caput protendit in exitu ⁊ hoc valet.

i ¶ Ad menstrua prouocanda viola cum myrrha ponatur in vno vase ⁊ repletum vas aqua pluuiali ponatur ad buliendum: sed vas ita obstrue q fumus nō possit exire sicq coquat cōtinue ꝑ septē horas ⁊ excipe olla de igne: ⁊ mulier recipiat fumū seu vaporem ꝑ inferiora qñ calidius sustinere potest hoc medicamē facit etiam ad eas que nunq̄ habuerunt menstrua. Recipe absinthium ⁊ rutam ⁊ decoque i vino. ⁊ adde quinq grana piperis ⁊ bibat.

k ¶ Cōtra nimiū fluxū menstrui. Cortex Iuniperi tritus cū vino vel aceto: ⁊ fructus eius appositus vel comestus cōpescit menstruū. Itē lac asine sumat cū melle ⁊ felle leporis vel etiā lac asine cū ysopo sumptū decoctū cōpescit menstruū. Item cinerē rane viridis in saculo secū portet: ⁊ nihil amittit de sanguine kir. Et si volueris ꝓbare liga puluerē p̄dictū ad collū galline: ⁊ post vnū diem interfice eam: ⁊ nō exibit sanguis de ea.

l ¶ De purgatiōe mrīcis petrosilium potui īpositū: ⁊ da bibendū mulieri matricem eius bene purgat ysaac. haly. vel etiam recipe radicem violarꝝ vna cū folijs: ⁊ coque bene in ceruisia: ⁊ da mulieri mane.

m ¶ Ad expellendū menstruū post ptum. Recipe costā de capite caponis: ⁊ cōtere in puluerē ⁊ bibat i potu: ⁊ calide bibat ō illis radicibus videlicet. Millefoliū ⁊ hec ad expellendū menstruum qñ fluit de muliere ꝯ debitū modū: videlicet post annos qnquaginta. vel pone myrrhā ad pomū scissum: ⁊ postea claude cōtra: ⁊ pone sup ipsum qñ coquit ⁊ ibidē assetur: ⁊ postea sumas ⁊ da ei comedere cū myrrha: vel ponat abrotanū ad sotbulares ⁊ ambulet in eis: ⁊ sanabitur.

n ¶ Medela mulierꝝ i puerperio verbena illa radix valet mulieribus in puerperio si ipsam circa se seruauerint: q2 remouet fantasmata: ⁊ vexatiōes magnas non patient: qetem bonam habebunt: ⁊ infanti si collo alligat siue manibus nō fatigabit granedine aliquali: sed fruet qete. q etiam dormire nō pñt habeant circa se verbenā: ⁊ dormient bene ⁊ qescent. similiter si remote eqtare volueris liga sub coma eque verbenam cū artemisia: ⁊ nō fatigabitur equus in equitando.

o ¶ De facili ptu mulieris. Recipe radicem. Iusqami ⁊ alliga sinistro femori mulieris: ⁊ dū facis fac nodū vt faciliter religari possit: vt mor dū pariet stati soluas nodū: iō vt vitalia seu itestina nō sequant. Item hoc remediū multas liberauit in ptu. recipe lauri folium ⁊ cō masticatum super vmblicum pone: ⁊ statim pariet cū admiratione expertum est.

p ¶ Mellicratū tali mō fit Recipe vnum coclear de melle fluxili: ⁊ tria aq̄ tepide ⁊ misceant isimul sic det mlieri bibere. Que mulier i ptu laborat. Accipiat mirrhā ⁊ terat: ⁊ in vinū mittat ⁊ sic bibat ⁊ liberabit.

q ¶ Modo contrario. Si femella fuerit cōcepta mulier tunc est grauis ⁊ pallida: ⁊ venter est oblongus in dextra parte. ⁊ in sinistra rotundus. ⁊ mamilla in sinistra parte turgescit. ⁊ lac magis indigestum liuidum ⁊ aqueum: ⁊ fusum super corpus politum diuidit pars eius aperte sicut aqua: ⁊ si lac sup vrinam eiusdem mulieris fuerit fusum natet: ⁊ sic de alijs. Item experimētum scio: verum est: ⁊ expertum. Si concepit vel non detur ei mellicratum bibere: si tunc circa vmbilicū corrosiones habuerit concepit. si vero non minime. Hyp. apho. lx. particule quinte.

r ¶ De tpe apto ad impregnandum maxime adueniente vel determinante pregnationem cum corpus non est plenum cibo: neq deficiens est cibo: ⁊ vino non vltra modum sumpto. Incipiente igitur purgatione minus apta est conceptio: sed cum minuitur in viro: ⁊ muliere. corporis enim temperātia adiuuat. Galie. iij. teg. tex. commenti. xxxvj.

s ¶ Pingues mulieres minus apte sunt ad pregnandum seu concipiendum: eo q pudenda non conueniūt ⁊ parum locū relinquunt. nec valde tenues apte sunt. Si igitur alique impregnantur a malis humoribus expurgent. ⁊ ad hoc nil melius q̄ Theodoricon. Nicolai et ierapig. et dyamargariton hoc est cum cognoueris in proximo menstrua venire.

t ¶ Si ex

t ¶ Si ex nimio calore fit sterilitas quod signat paucitas menstruorum cũ dolore existens: ⁊ vlcera pudẽdorũ: ⁊ calor totius corporis dabisq; ei que mediocriter infrigidant ⁊ humectant: vt lactucas: maluas: butirũ: portulacas: atriplicem. Si autem os matricis sit aptũ dicta stipita: fomenta: ⁊ medicamẽta: sicut carnes granatorum lentisci: radix rubi mirtus ⁊ galla. Si tunc torqueatur matrix curatur cũ mollificatiuis.

u ¶ Ad cõcipiendũ: viscũ qđ in quercu nascit᷑ tere cũ vino: ⁊ da ei bibere: ⁊ hec deficiente menstruo: ⁊ concipiet. Plinius lib. xvi. capi. vltimo. in fine. Item vulua leporis comedat᷑ in cibo. Item aqua decoctionis lactuce mane da mulieri infecunde: ⁊ eadem die ad ꝯceptionẽ cõuertit᷑: ⁊ quando est impregnata euomet: ⁊ retinere nõ pōt. Similiter si lermontanũ datum apris vel aliis animalibus ad manducandũ quando coire voluerint: ⁊ statim concipient post coitum: ⁊ puluis testiculorum verris datus mulieri post menstrua.

x ¶ Si ex pinguibus humoribus nõ fit cõceptio purget᷑ cũ theodoricon ⁊ ierapigra: dabit᷑ quoq; supius ꝯriũ antidotũ in quo mittit᷑ euforbiũ: piper: ⁊ thus. Cum aũt emendatio facta fuerit menstruis bene exeuntibus cõmiscant᷑ cessante pregnatiõe ꝙ si vẽtositas cõceptionẽ ꝓhiberet his signis scitur in fractiõe hꝫ matricẽ. his igitur cibis educatur: ꝑmo minuat᷑ dabisq; ei anisum: ciminum: rutam: anetum: semen feniculi: fenugreci: ⁊ similia.

y ¶ Si vero exclusione matricis ꝯtingit ĩpediri conceptioq;. Aperiat᷑ cum calida. i. cum apozimate in quo decocta est malua ⁊ semen lini: fenu greci: butirum: oleũ: ⁊ mel: cum fortioribus ⁊ camomillã: in vuluam mitte terbeatinam: vitrum: ficus: cassiam: ⁊ sic de aliis.

z ¶ Alia bona de conceptione si mulier vel vir bibat spumam quam lepus hꝫ circa os qñ rodit herbam statim concipiet. Itẽ testiculus dexter mustele teratur cũ vnguento ypericon: ⁊ cum lana pessarizet᷑ ⁊ coeant: ⁊ statim cõcipiet᷑ vir. Item da ei bibere de lacte eque: ⁊ illa hora cõmiscere cum ea: ⁊ concipiet Albertus magnus lib. xxii. cap. Equi in fine.

⁊ ¶ Ad duorum parum da dragmas. ii. diptami cũ aqua fenu greci Dias. Plinius li. xxvi. cap. xv. Et nidus yrũdinis in aqua lotus: collocatus: ⁊ bibitus: ⁊ fenũ grecum appositum cum melle prodest vel diamargariton bibitũ multũ prodest. Plinius. xxiiii. cap. xix. Serapio cũ aqua ciceris vel festelis bibitũ ⁊ muscelino probatũ est. Item lac alterius mulieris bibat ⁊ artemisia ad eius vmbilicũ ligetur aut ponatur: ⁊ statim partus exitum habebit.

ꝯ ¶ De facili partu hec est qñ fetus est mortuus folia iuniperi cum aqua ⁊ melle decocta: ⁊ bibita fetũ mortuũ educunt: ⁊ secundinam sanguineã post partũ eiiciunt Haly. Itẽ lac alterius mulieris cũ oleo bibitũ fetuꝫ mortuũ educit. Itẽ iaspis hꝫ bonã virtutẽ ad fetũ educendũ. Itẽ lac caninũ cũ vino ⁊ melle bibitũ statim expellit fetum. Item myrrã cũ vino bene tritã ⁊ calefactã bibat multum prodest. Auicẽna Serapio.

ꝝ ¶ Ad ꝓbandũ virginitatem. Recipe semẽ portulace: ⁊ sparge sup̄ carbones: ita vt illa fumũ ad se recipiat: ⁊ si est corrupta videbis mirabilia. vel recipe apiuꝫ cum radice sua: ⁊ appone capiti ea nesciente.

aa ¶ Nota si propter humiditatem cõceptio fieri nõ potest signa sunt hec: quoniam humectantur in coitu: menstrua sunt tenuiora: ⁊ si multum his sicca fiant dicta superiora membra laborant: ⁊ fricentur vomitum sumant: siccis cibis vtantur os matricis cum stipticis confortetur: scilicet cuꝫ apozimate lentisci myrre rosee: balaustie: cimarum rubi: ⁊ gallarum: matrice sicca: tamen existente contraria humida fiant: sicut balnea vnguenta: ⁊ huiusmodi cibi humidi vinum temperatum ⁊ paucum.

bb ¶ Ad purgationem mulieruꝫ que post partũ purgari non possunt. Recipe semen lini: ⁊ cõtunde ꝑ optime: ⁊ hec decoque cum iuueni axungia: ⁊ da ei ad bibendum. Si vulua mulieris ex coitu inflatur sedeat in aqua in qua malua est decocta ⁊ liberabitur. Iteꝫ si mulier minus luxuriosa fuerit betonicam ⁊ solsequiũ cuꝫ aceto bibat ⁊ cessabit.

cc ¶ Ad restringendum menstrua seu compressionẽ eorundem experimentum verum tres rubus de plantagine hoc est tres radices cum foliis decoque in aqua fluuiali: ⁊ da potare mulieri patienti fluxum ⁊ statim stringit absq; dubio. Ad idem aqua rosea potata de sero ⁊ mane stringit superfluum fluxum matricis: ⁊ hoc faciat mulier que nimium fluxum patitur per ebdomadam integram.

dd ¶ De coitu. Nota ꝙ inordinatus coitus impedit fetum conceptum: hoc est quando femella cum viro est in coitu: ⁊ si ipse masculus inordinate iacet similiter ⁊ femella: vt si in latere iacuerit super femellam. ⁊ vnuꝫ puerum generauerit in vno latere curuum: ⁊ in vno pede claudum ⁊ tortuosum ⁊ causa huius est: q; inordinate processit coitus ab eis.

ee ¶ Vt mulier abortiuum non patiatur. Recipe cancrum fluuialem contere eundẽ: ⁊ da mulieri in vino veteri bibere. Plinius. xxxii. cap. vi. Nota abortiuum dr̄ qđ adhuc non est perfecte productum in natura hominis: sed aliquo modo in massam carneam vel materiã lacteam: illud autem accidit eis ꝙ plurimuꝫ: vel q; materia menstruorum corrupta est vel per prauum motum per quem matrix rumpitur vel per alia mala: ⁊ talia: vel ꝙ frequenter exire laborat in septimo mense.

ff ¶ Quomodo fetus nutriatur in matrice. Hyppocras dicit mammillas habere quandam colligantiam cum matrice per quasdam venulas quas abscindũt obstetrices: ⁊ per illas lac fluit ad vmbilicum puerorum vnde falsum est ꝙ dicunt quidam ꝙ puer nutriatur ꝑ os q; sic stercorizaret quod falsum est.

gg ¶ Ad cognoscenduꝫ si fetus in muliere est sanus vel non si mulieri impregnante lac fluit de mammilla significat debilitatem fetus: q; lac ꝫm Aristo. ⁊ Hyp. apho. lii. particule quinte: est proprium fetus sic quando fluit de mammilla signum est ꝙ fetus ex eo non nutritur: sic fetus debilitatur. Sed si mãmilla est indurata: tunc puer est sanus: ⁊ ratio est q; menstruum cõuertitur in lac: ⁊ tale lac vlterius sufficienter nutrit puerum: ⁊ non fluit ex quo oritur feti seu pueri fortitudo.

hh ¶ Ad probandum sterilitatem videlicet vtrum mulier sit sterilis vel vir. Recipe vrinas amborum in duo vasa separatim: ⁊ in illis furfures fermenteos: ⁊ in cuius vrina vermes fiunt ille vel illa sterilis est. Ad experimentum sterilitatis. Recipe septeꝫ grana ordei ⁊ septem grana fabarum: ⁊ septem grana tritici: ⁊ pone in ollam: ⁊ mingat super ea: ⁊ si creuerint infra septem dies non est sterilis. si autem non creuerint ẽ sterilis. Albertus magnus lib. x. tractatus. ii. capit. i. prope finem.

ii ¶ Vt mammille non crescant. Recipe herbaꝫ que vocatur vuildinaltem: ⁊ contunde bene ⁊ super mammillas pone. Iteꝫ recipe papauer: ⁊ decoquas in aqua pluuiali: ⁊ intingas lineum pannum ⁊ suppone mammillas per tres dies: ⁊ hoc quanto calidius sustinere potest.

¶ Sequuntur problemata de membris generatiõis de matrice: τ testiculis seu de secretis mulierum.



Uare animalia coeant. Rñ. ƀz Ari. ij. de aïa sup illa littera naturalissimũ opeꝝ. τ c. ꝙ pp obseruationẽ spẽi: qꝛ si coitus nõ esset oẽs sensus dudũ defecissent. ¶ Quid sit coitus. Rñ. ẜm Auerroym ꝙ coitus est iectatio maris τ femine ꝑ instra deputata a nã ad esse specificatũ τ ꝯseruãduz: ergo dicũt theologi ꝙ qñ coitus fit pp gñationẽ sibi similis: tũc nõ est marie peccatũ. ¶ Quare coitus tpatus sit valde ꝯueniẽs. Rñ. ẜm Aui. tertio canonis τ cõstantinũ in suo libro de coitu: qꝛ ꝑmo coitus alleuiat corpus aiam exhilarat: iram remouet: caput τ sensus ꝯfortat: τ aufert multas egritudines melancolicas: qꝛ expellit fumũ spermatis a cerebro τ expellit materiã apostemosam: τ ergo ẜm Auicennam vbi supra ex dimissiõe coitus est tenebrositas oculoꝝ τ vertigo capitis: vnde sperma viri vltra debitũ tps retentũ ꝯuertit in venenũ. ¶ Quare distẽperatus coitus τ nimis assiduus sit valde nociuus. Rñ per ꝑdictos: qꝛ destruit visum: corpus exiccat. qꝛ dicit Ari. in lib. de gñatiõe aialiũ. Luxuria est emissio pura hũiditatis τ cerebꝝ ꝯsumit vt exptũ est: inducit ẽt febres acutas ƀz Auicennã τ marime abbreuiat vitã. ƀz Ari. de longitudine τ breuitate vite. τ Albertus idez declarat de passere q ꝓpter nimiũ coitũ viuit tñ tres annos. ¶ Quare vt pz ꝑ sensum mulieres ꝑ coitũ fiunt fortes τ multũ formose. Rñ. ꝑ Ari. qꝛ calor spmatis q expellitur a viris ꝑ coitũ in eis recipit q calor dz ista operari. ¶ Quare melãcolicis τ colericis vltra alias cõplexiones vniuersaliter magis noceat. Rñ. pꝛ eos multũ exiccat cũ per se sint sicca. ergo eis ethicã inducit. ¶ Quare flegmaticis τ sanguineis. vt dicit Aui. valet coitus qꝛ in eis est multũ de tali materia qꝛ necessario expellitur a natura. ¶ Cũ aristoteles dicit ꝙ omne aial pingue sit pauci spmatis τ seminis qꝛ nutrimẽtũ trãsit in pinguedinẽ: τ ergo dictũ aristotelis intelligit de ericio qd modicũ hz spermatis: qꝛ totũ vadit i spissitudinem. ¶ Quare femelle oium brutoꝝ nõ appetunt coitũ post ipregnationẽ. Rñ. ẜm albertũ qꝛ tunc matrix est firma clausa τ menstrua tũc sunt retenta. ergo ẽt tũc retinet appetitus. ¶ Quare tũc mulieres τ eque post impregnationẽ appetant. vt dicit Ari. viij. de aialibus. Rñ. ꝺ mulieribus. ẜm Galienũ recordabant τ armabant ad coitũ: τ qꝛ mulieres recordant ad delectationẽ in coitu ꝑcedente post ipregnationẽ appetũt. Sz de equa rñdetur qꝛ est aial valde multũ comedens τ digerens: τ ergo multũ seminis hz τ menstrui in ea generant: τ calefaciens vuluã appetitũ τ libidinẽ ducit. ¶ Quare repleto corpore nõ est coeundũ. Rñ ẜm ari. qꝛ ꝓhibet digestio. ¶ Quare nõ sit bonũ ventre famelico τ manico. Rñ. qꝛ tũc nutrimentũ debilitat τ raro factũ ꝓcreat membꝝ. ¶ Quare nõ sit bonũ post balneũ imediate. Rñ. qꝛ tũc pori adhuc sunt apti: τ calor ꝑ totũ corpus dispersus: τ ergo coitus sequẽs balneũ multũ frigescit. ¶ Quare post vomitũ τ solutionẽ ventris minime valeat coitus. Rñ. qꝛ valde piculosuz est habere duas purgatiões. ¶ Querit qd sit tempus aptissimũ ad coituz. Rñ. digestioĩbus celebratis: scilicet spaciuz mediũ iter mediã noctẽ τ aurorã: qꝛ ẜm Cõstantinũ valde sanuz est dormire post coitum. ¶ Quare aialia agrestia sunt valde furibunda ante coitũ vt bruta: vt pz de coruis: qꝛ tũc marime crocitãt: τ de asinis qꝛ tũc marime solent insanire τ discernere. Et dicit etiã Cõstantinus auctoritate Hyp. Rñ qꝛ tũc oia mẽbra sunt accensa ex appetitu venereo: τ natura laborat ad expellendũ superfluuz que icensio disponit ad iram: τ ad furorẽ: vt pz ꝑ arist. in ꝓemio libri de aĩa: τ ergo post coitũ statim fiunt mãsueta τ mitigata sicut agnelli. ¶ Quare hoies tpe coitus ẽt nõ fremant. Rñ. qꝛ verecũdia que ẜm ari. est prima sensus rõnis nõ dimittit: ƀz tamẽ vt pz sensibili ois vir tpe libidinis: τ coitus magis dispositus est ad iraz ꝙ̃z alio tpe. ¶ Quare in coitu fit tanta delectatio. Rñ. qꝛ coitus est opus despectũ in se in tantũ malum ita ꝙ oia aialia abhorrent ipm: τ si nõ esset tanta delectatio in eo. ergo nã in tali delectatiõe igeniose egit. ¶ Quare decisio seminis tpe coitus facit delectationẽ. Rñ. ƀz arist. ij. de aialibus. delectatio causat ex cõicatione ꝯuenientis cũ ꝯueniẽte que bene est in ꝯiunctiõe seminum pp eoꝝ dispositionẽ adiuicẽ. Aliter tñ. τ melius: τ naturaliter: τ qꝛ semen qd decidit est talis sic sua caliditate facit titilationẽ in virga virili: τ qꝛ talis virga est venosa: ergo ex hoc magna delectatio recipit. ¶ Quare frequenter coeuntes nõ habent tantã delectationẽ: sicut raro coeuntes pp tres causas. rñ. ꝑrio ꝙ seminis meatus est bene largus τ amplus: ergo semẽ ibi facit meatũ cuius meatus facit delectationẽ. Scðã cã est qꝛ i talibus loco seminis aliqñ emittit sanguis crudus τ idigestus vel alia mã aquosa: τ hec nõ est calida: ergo nõ facit talẽ delectationẽ. ¶ Utꝝ in viris vel in mulieribus sit maior delectatio in coitu. Rñ. ẜm dictũ medicorũ. qꝛ maior est in viris intensiue gñaliter semen eoruz est calidũ. Sz maior est in mulieribus extensiue: qꝛ ꝑpꝛiũ semen emittunt τ aliud recipiunt: τ ergo delectatio coitus est minor: vt dicit Aristo. vij. ethicoꝝ. τ i ꝑncipio de aialibus. ¶ Quare pisces etiam nõ coeũt cuz nullus piscatorum vidit eos coire. vt dicit Aristo. in. ij. de generatione animalium. Rñ. ẜm Aristo. ibidem ꝙ immo vere coeunt: sed qꝛ eorum coitus velox est: ergo non percipitur per visum. ¶ Utrum coitus possit fieri per os: vt dicunt quidam de cornicibus ꝙ rostris suis deosculando coeunt τ concipiunt: vt dicunt quidam ꝺ mustela ꝙ cõcipiat τ pariat per os. vnde Aristo. arguit ita. quicquid intrat per os hoc intrat in stomachum τ digeritur: sed si coitus fieret per os: tunc digerendo consumeretur nec ad matricem perueniret. Sed beata virgo concepit per aurem hec non fuit naturaliter: sed miraculose. ¶ Queritur vnde generetur semen viri τ ꝙ sint hic opiniones opposite medicorum τ philosophorum: sed dicendum est ꝙ humor superfluus conueniens digestionibus viri τ mulieris assimilatus. τ ab anima sigillando fusus diuersis formis τ figuris. sed alij dicunt ꝙ sperma fit ex cerebro fusum: τ decoctione dealbatum: τ ergo secundo de generatione animalium debet concipi quod est superfluum humidi multi quod vt sanguis per totum corpus distribuit. ¶ Quare semen viri sit album cum tamen semen mulieris sit rubeum. Rñ. qꝛ melius decoctum est: τ qꝛ in testiculis dealbatur quorum caro est alba vt in mammillis.

¶ Quare fluxus spermatis non sit mensurabilis tempore sicut menstruum. Rñ. quia ipsum non est venenosum vt menstruum: ergo natura ipsum non reijcit: sed ad generationem seruat: aliter respondeo quia non generatur in tantam quantitatem in viris: vt menstruuz in mulieribus: ergo menstruali impulsione non idiget.

¶ Utrũ

¶ Utrum sperma decidatur a membris vel ab humoribus. Respondeo ꝙ aliqui dicunt ꝙ a membris ⁊ ꝓbant: quia videmus ꝙ pater claudus generat claudū filium: ⁊ pater truncatus generat truncatum filiū pater habens cicatricem generat filium cicatrizatū. vt dicit Aristo. de partu animaliū: ⁊ hoc nō fieret nisi dcisio fieret a membro. scdo rn̄. ꝑm veritatem ꝙ decisio fit ab humoribus: q: fit ab vltimo nutrimento: mō nutrimentū nō est mēbꝝ vel mēbroꝝ: sed ē humor: sed quid ipsi de patre truncato ⁊ filio. Rn̄. ꝑm Aristo. in. ij. de gn̄atione aīalium. ꝙ fit propter imaginationem matris de claudo patre existente in coitu qui generet claudum filium: vt pꝫ. ¶ Quare imaginatio matris de claudo generat claudū filiū: vt dr̄ ꝙ vna mulier imagiabaꝛ vnū ethiopē depictū in lecto suo ⁊ cōcepit ethiopē. Rn̄. ꝑm Aristo. ꝙ imaginatio de claudo facit hominē claudū: ⁊ de lepra facit hoīem leprosū sic in ꝓposito virtꝰ imaginatiua est superior formatiue fetꝰ: ergo ꝑcepit sibi fore talem filiū qualē fuit imaginata. ¶ Utꝝ semen viri ingrediatur in nām vel in matricem fetus. Rn̄. primo ꝑm medicos ꝙ sic: q: tam semen patris q̄ꝫ matris itrat substantiā embrionis fetuꝫ ⁊ ꝓbaꝛ q: aliter materia ⁊ efficiens coincident qd̄ est contra Aristo. ij. physicoꝝ. ꝯsequentia pꝫ: q: semen viri est ꝑncipiū effectus illius: puta vt domificator domus. Item ex alio eadeꝫ est materia nutrimenti ⁊ generationis vt pꝫ scdo de anima. ꝑ Ari. q: eisdem sumus ⁊ nutrimur. Sꝫ sperma nō dicitꝛ esse materia nutrimenti. ꝑꝫ auerroyꝫ in libro Colliget: ergo nec generatiōis: vnde ⁊ ꝑm veritatem est sciēdū quando semina ambo claudunꝛ in matrice: tunc semen viri disponit semen mulieris ad receptionē anime quo facto cōuertiꝛ in fumū: ⁊ exhalat per poros matricis: ⁊ sic patet ꝙ solū materia menstrui est materia fetus.
¶ Utꝝ semen viri vel mulieris sit animatū. rn̄. phisice ⁊ medicinaliter ꝙ nō formaꝛ animatū: ſꝫ virtualiter: q: mediante spiritu sibi intrinsecus qui est datus operaꝛ vitam. ¶ Quare matrix ita auide trahit semen viri: vt dicit auerroys in lib. Colliget: ꝙ vna puella sedens in balneo: vbi vir ꝑus spermatizauit cōcepit ⁊ ipregnata fuit ex cōtractiōe seminis. Respondeo ꝑꝫ auerroym ꝙ ibi matrix a tota materia: ⁊ forma specifica attrahit ipꝫ ad ꝓpriam ꝑfectionem. ¶ Quare mulieres habent semen rubeū: scilicet menstruū. Respondeo ꝙ est superfluum scdē digestiōis q: celebraꝛ in epate ⁊ epar est membrū rubeū: ⁊ ergo ipsum similiter est rubeū. Aliter respondeꝛ qd̄ menstruū est sanguis corruptus ⁊ indigestus: ergo hꝫ colorem sanguinis. ¶ Quare menstruū quarundā mulieꝝ fit liuidū vt cinis. Rn̄. aliqn̄ pp infirmitatē aliqn̄ pp nimiā frigiditatē ⁊ terrestreitatē: aliqn̄ ꝓpter sui adustionē. ¶ Quare in mulieribus generantur menstrua. Respondeo ꝑ omnes medicos ⁊ philosophos: q: frigide respectu viroꝝ: ergo totū nō possūt cōuertere in sanguinē: ⁊ ergo multa pars transit i menstruū: ⁊ diciꝛ a mense q: omni mense a muliere debite etatis ⁊ sana expelliꝛ: ⁊ dico debite etatis: q: ante. xiij. annos nō fluunt. ⁊ dico sana: q: alique mulieres ifirme nō patiunꝛ menstruū. ¶ Quare menstrua fluant ⁊ expellanꝛ a mulieribus. Respondeo q: est materia venenosa: q: dicit Ari. ꝑmo de generatiōe animaliū. si menstruū cū fluit tangit arborēꝫ vel ramū crescentē arescit. Item aristo. dicit si canis gustauerit de menstruo tertia die rabidus efficereꝛ: ⁊ ergo natura omni mense expellit a mulieribus: ergo retentū in mulieribus vltra tempus debitū facit molā. ꝑm Aristo. ⁊ inducit sincopes ⁊ extases passiōes ⁊ ifirmitates. ¶ Quare ante tredecimū annū nō fluuant menstrua. Respondeo q: iuuencule sunt: ⁊ adhuc valde calide sunt ita qd̄ bene digerunt totū cibū: ⁊ ergo menstrua nō generanꝛ ante illud tempus ⁊ ꝑ cōsequens nō expellunꝛ: ⁊ hoc est verum nisi malicia vel bonitas cōplexiōis ipediat. ¶ Quare mulieres vetule post qnquaginta annos nō patianꝛ menstrua. Respondeo q: tūc fiunt steriles. Aliter ⁊ meliuꝫ. Respondeo q: tunc natura debilitata est: ⁊ non potest ipsum expellere: ⁊ ergo cōgregant in se materiam malam: ita ꝙ efficiuntur imunde ꝙ suo anhelitu inficiunt pueros: ⁊ ergo catarrus ⁊ tussis in eis humidat ⁊ alia multa mala: ⁊ ergo ꝑm cōsiliū medicoꝝ summe abstinendū est a vetulis. ¶ Quare mulieres sunt ita venenose ⁊ non inficiunt seipsas. Respondeo q: venenū nō agit in seipsum ſꝫ in aliud obiectū. Aliud rn̄. ⁊ melius q: mulieres cōsuete sunt in tali materia: ergo eiꝫ nō nocet: q: dicit Albertus: ꝙ quedam puella que ad eū ducebatur in Colonia comedebat omnes araneas: ⁊ fuit ei cibus aptissimus: ⁊ Aristotiles de regimine ꝑncipū ad Alexandrū de puella que nutrita fuit veneno ⁊ a regimine indie Alexandro missa fuit. ¶ Quare mulieres ipregnāte nō patiunꝛ menstrua. Respondeo q: tūc menstruū transit in lac: vnū nutriaꝛ puer: ⁊ ḡ si mulier ipregnata patiꝛ menstruū: hoc est signum abortionis. ¶ Quare mulieres lactantes pueros: nō patiunꝛ menstrua. Respondeo vt iam q: menstruū transit in lac: ⁊ dicunt medici ꝙ mulier ipregnata lactans aliū destruit pueꝝ in vtero ⁊ illū extoxicat q: nutrimentū qd̄ vni deberet nō potest sufficere duobus: ⁊ maxime si ex alio viro sit ipregnate. Plinius libro septimo capitulo decimosexto in ꝑncipio. ¶ Quare quedam mulieres non lactantes: nec ipregnāte nō patiunꝛ menstrua. Respondeo ex grandi infirmitate: scilicet ex defectu virtutis expulsiue. vnde ꝑm medicos in tali casu bene hꝫ minuere de saphena idest vena apud collum: q: hec vena incisa menstrua nimia influentia cōstringit ⁊ ipsa retenta ad fluxum perducit. ¶ Quare in ꝑmis tribus mensibus menstrua adhuc mulieribus fluunt. respondeo q: propter puritatem ⁊ nouitatem adhuc nō premunꝛ: q: adhuc possunt sumere tantā mām. ¶ Quare oculus mulieris menstruose inficit speculū: vt dicit Aristo. de somno ⁊ vigilia. ꝙ nubes sanguinee generantur in speculo. respondeo valde naturaliter ꝙ propter taleꝫ modū quando menstrua fluunt in muliere: tunc fumus venenosus resoluitur ab ea qui ascendit caput mulieris petens ibi exitum: ⁊ ergo tunc mulier dolet caput cooperiens ipsum multis velis ⁊ peplis: ⁊ quia oculi sūt porosi: ergo ibi petit exitum ille fumus ⁊ inficit oculos. ita ꝙ vene sanguinee apparent in eis: ⁊ oculi sunt guttulosi ⁊ lachrymosi: ⁊ sic aer contiguus oculis ab oculis inficitur: ⁊ ille aer iterum alium vsqꝫ ad speculum obiectum: ⁊ quia tale mundum est ⁊ politum. ideo faciliter inficitur: ⁊ ergo dicit Auicenna ꝙ oculus mulieris menstruose ꝓijcit camellum ad foueam. ¶ Quare femelle brutorum: scilicet piscium ⁊ volucrem non patiuntur menstrua. respondeo per Aristote. ⁊ Albertum ꝙ in gressibilibus menstruum transit ad pilos: ⁊ piscibus ad squamas ⁊ auibus ad pennas: ⁊ quicunqꝫ vult considerare bene potest cognoscere ꝙ iter bruta animalia femelle frequentius sunt hirsute q̄ꝫ masculi ⁊ piscium femelle magis squamose ⁊ auicularum femelle magis plumose. ¶ Quare menstruum recipiat nomen a mense. Respondeo ꝙ mensibus spacium tēporis mensuratur: ⁊ motus lune: ⁊ quia luna motum suū perficit i. xxix. diebus ⁊ octo horis modo luna habet dominium super humida in secundo metheororū. per aristote. ⁊ in posterioribus: vbi dicit nulla crescit in



fine lune: ⁊ qꝛ menstruum est humidum: ergo a mense facit denominationem vel capit. Dicunt enim rustici ꝙ omne humidum crescit in luna crescente ⁊ ipsa decrescẽte decrescit. ¶ Quare quedã mulieres patiunt̃ diutius fluxũ ⁊ quedã breuius vt in sex diebus ⁊ quedã in septẽ diebus: ꝯtinue aũt ꝑ tres vt frequenter in iuuenibus. Respondeo ꝙ sunt frigidiores: ⁊ ꝑ in eis plus gñat̃ de menstruo: ꝑ longiori tempore expellit̃: sed alie sunt calidiores: ergo in eis pauca generant̃. ¶ Queritur vbi reseruant̃ menstrua ante fluxũ. Dicunt aliq̃ ꝙ in matrice: ꝫ illud auerroys in libro Colligit. reprobat ⁊ dicit matrix est tantũ locus gñatiõis: ꝫ tale menstruuꝫ nihil facit ad generationẽ: ergo respondeo sic dicebat̃ de fluxu emorroydarum ⁊ est quedã vena circa spinã dorsi ⁊ reseruat ipsa menstrua: ⁊ huius signũ est ꝙ mulieres habent isto tempore maximas punctiões in dorso propter expulsionẽ eius a natura. ¶ Utrũ menstruuꝫ de quo generat̃ fetus ⁊ ꝙ omni mense expellit̃ sit idẽ. Respondeo ꝙ nõ qꝛ ipsum est ipurũ ⁊ indispositũ ad generatiões: ꝫ pmũ est valde purũ: ⁊ dispositũ ad generatiões sicut sanguis est valde clarus ⁊ aptus generatiõi. ¶ Quare mulieres tempore menstruorum impregnate generãt pueros leprosos ⁊ ibecilles. Rñdeo qꝛ vt patuit ꝙ hec materia est venenosa modo ꝑ philosophum in libro de causis similitudo cause relucet in effectũ. ¶ Quare mulieres vniformiter in eodẽ tpe mensis nõ patiunt̃ menstrua: qꝛ quedã in nouilunio. quedã in plenilunio. ⁊ quedã in defectu. Rñdeo ꝙ hoc est ꝑpter diuersas cõplexiões mulierum: vnde ꝫ omnes mulieres respectu virorum sunt flegmatice: tñ iter se est vna magis sanguinea: ⁊ sic de aliis. Modo lunatio quelibꝫ hꝫ quattuor quadras: ⁊ ille habent quattuor cõplexiones. Pria est sanguinea. Secũda colerica. Tertia melancolica. ¶ Quarta flegmatica. ¶ Quare mulieres sanguinee patiunt̃ in pma quadra sanguinea. Rñdeo ꝑm Galienũ in libro aphorismo. ⁊ ꝑm Gilbertũ in sex pncipia. tale additum tale facit ipsum magis tale talis: ergo quadra lune sanguinea augmentat sanguineꝫ: ergo tũc sic expellit̃. Quia noua luna reqrit iuuenes mulieres que sunt magis sanguinee iuxta versuꝫ. Luna vetus veteres: iuuenes noua luna reqrit. ¶ Quare vt frequenter omnes patiuntur in fine mensis seu lune menstrua. Rñdeo ꝙ est propter defectũ lune: ergo eius frigiditas operat̃ frigiditateꝫ mulierum: ⁊ sic pꝫ vt breuiter ista questio. ¶ Quare mulieribus ille fluxus magis fit in hyeme ꝙ̃ in estate: vt ipse sciunt. rñdeo ꝙ in hyeme operat̃ ad membrorum augmentũ: ꝫ in estate ꝑ sudoreꝫ multum de tali consumitur. ergo tunc minus fluunt.

¶ Quare in tali fluxu mulieres patiunt̃ doloreꝫ. rñdeo qꝛ est cõsimilis dolori sanguinee proiectiõis vrine guttatim ⁊ paulatim: qꝛ sicut stranguria fit ex potu indigesto vias vrinales multum subtiles ledeñ. vt fit post balneũ. Sic materia menstrualis que est terrestris ⁊ indigesta multũ vias ꝑ q̃s transit offendit. ¶ Quare post fluxũ menstrui faciliter mulier ꝯcipit. Sꝫ hoc est verũ qñ est coiens cũ viro. respõdeo qꝛ tũc est melius disposita ad cõcipiendũ: qꝛ tũc est mundificata a menstruis ad generationẽ nõ reqsitis: ⁊ ergo pauce inueniuntur steriles ⁊ infecunde ꝫ sunt multũ prolificatiue: vt legit̃ in Exodo. Cũ iudei essent in Babilonia ꝙ in breui tẽpore augmentabatur sup babilonẽ. Non fuit alia ratio qꝛ veri iudei nõ coeunt cũ eis nisi prius sint purificate ⁊ mundate a menstruo: ⁊ tunc sunt apte ad concipiendum. ¶ Quare colores mulierum menstruosaruꝫ mutantur in palliditatem. respondeo quia tali tempore recedit calor ab omnibus membris ⁊ vadit iuuãdo naturam ad expellendum menstrua. ¶ Quare priuatio caloris in facie facit palliditatem. rñdeo ꝙ menstrua sunt crudi humoris: ergo ipsis fluentibus habet discolorare faciem ⁊ pallidare. ¶ Quare menstruantes abhorrent capere cibum. respondeo quia natura plus laborat ad expulsionem ꝙ̃ ad indigestionem: ergo si caperet cibum crudum remaneret crudus. Et crudꝫ abhorreret crudum. ¶ Quare viri coeuntes cum mulieribus menstruosis efficiuntur rauci. respondeo qꝛ vir ille per anhelitum ad membra specialia ⁊ instrumenta vocis attrahit aerem a muliere infectum: qui aer attractus facit raucitatem. ¶ Quare alique mulieres sunt steriles: ⁊ non concipiunt. respondeo ꝑm medicos ꝙ propter multas causas. aliquando ex parte viri: primo ita ꝙ frigide nature est vir tunc suum semen est ineptum generationi. Secundo quia semen eius aquosuꝫ ⁊ statim a matrice fluit non faciens ibi moram. Tertio propter breuitatem virge virilis vel ineptitudinem quia tunc semen non proijcitur ad locum debitum. Quarto quia semen viri ⁊ mulieris sunt indisposita: ac si vir melancolicus esset: ⁊ mulier flegmatica. Aristote. in primo de generatione animalium: ⁊ secundo de anima. sicut agens ⁊ patiens debet esse proportionata. alias actio impediretur. ¶ Quare mulieres pingues raro concipiunt. Respondeo quia habent matricem lubricam a qua semen receptum elabitur nec retinetur. Aliter respondeo ⁊ melius quia mulieres pingues habẽt orificium matricum valde strictum quod semen impedit intrare: ⁊ cum intrat tunc tarde intrat: ita ꝙ semen in tempore eodem infrigidatur: ⁊ ineptuꝫ fit generationi. ¶ Quare mulieres valde calide raro concipiunt. rñ. qꝛ semen extinguitur in eis ⁊ consumit̃: ac si pauca aqua ad magnum ignem funderet̃: ⁊ ergo videmus ꝙ mulieres maxime colentes appetitũ lascivie ⁊ libidinis maxime cõcipiunt. ¶ Quare meretrices ẽt nõ cõcipiant. rñ. qꝛ ꝑ diuersa semina earum instrumenta cõcipiendi obfuscant̃: ⁊ lubricant̃: ꝙ semen earum nõ retinet̃. ¶ Quare vt dicit experientia Alberti: mulier bibens saluiã coctã cũ vino albo anno illo nõ cõcipit. rñ. qꝛ saluia est multũ frigida ⁊ frigiditas vt patuit ipedit cõceptiõe. ¶ Quare mulus sit sterilis ꝙ nõ cõcipiat illud ꝓbleuma multũ laborat aristo. in de generatione aialium iprobando Empedoclem ⁊ Democritũ ⁊ tũc ponit positionẽ ipsam dicens ꝙ generat̃ mulus ab equo ⁊ asina modo equus ⁊ asinus sunt aialia sterilia: ergo generatum ex ipsis efficit̃ totaliter sterile. Aliã ponit Arist. rõnẽ qꝛ semẽ eq est valde calidꝫ vt probat pulchre: ꝫ semen asine magis est frigidũ: ergo qñ ista semina admiscent̃ ex eis generat̃ mulus bene: hec sunt monstra diuersa gñatiua in aialibus diuersarum specierum mulus ex asino ⁊ equa: ⁊ ecõtrario burdo ex equo ⁊ asina: yris ex capris ⁊ porcis: thitirus ex oue ⁊ hyrco: mustiria ex capra ⁊ ariete. Sꝫ que ficta centaurus ex hoie ⁊ equa. Monicentaurus ex homine ⁊ asina. Iterum hipocẽtaurus ex hoie ⁊ equa. ¶ Quare qdã mulieres cõcipiant masculos. rñ. ꝑꝫ Cõstãtinũ ⁊ Ari. qñ semen cadit a dextro testiculo ad dextrã pticulã matricis: tunc generat̃ masculus: qꝛ hec est pars calida: ⁊ ergo ꝑm Albertũ calor operat̃ ad masculinitateꝫ: ⁊ ergo ꝑm Albertũ. Dextra pars ventris magis tumẽs est signum masculi in vtero. Sed aliq respondent cum semen patris vincit semen matris: tunc generatur masculus. Sed cũ semen matris vincit semen patris tunc generatur filia. ¶ Quare quedã mulieres cõcipiãt femellas. rñ. qꝛ semẽ cadit ad sinistrum latus mr̃icis qḋ est fridũ rõne splenis adiacentis q splen opat̃ feminitatem.

¶ Quare

¶ Quare vt expt⁹ est Alb. mulier iacēs in dxtro latere
post coitū ꝯcipit masculū. i sinistro femellā. rñ. ꝭz eum:
q: mēstrua reclusa fluūt ad illā ptē mricis i q̄ iacet mu
lier: ⁊ talis fet⁹ formaf. ¶ Quare mulier hēat mricez.
rñ. ꝭz Auer. in lib. de Colliget: q: est locus ꝓprius gñō
nis: ⁊ est situata in mediū mulieris sicut cloaca in me-
dio ciuitatis: ⁊ sicē ad cloacā fluūt imūdicia ita ad ma-
tricem ꝯfluit sanguis mēstruosus ⁊ imūdus. ¶ Qua-
re aliq̄ mulieres pariunt filios graciles: alie breues ⁊
spissos. Rñdeo ꝭz Auer. vbi supra: ⁊ ēt ꝭz Gal. ꝙ puer
formaf ꝭm q̄ztitatē matricis: ⁊ que hñt matricē longā
⁊ strictā ēt pueri erūt longi ⁊ stricti ⁊ graciles: sed ali-
que per oppositū: ğ ⁊ pueri per oppositū generantur.
¶ Quare aliqñ mulier plures ꝯcipiat pueros: aliqñ. s.
gemellos. respō. ꝭm Arist. in lib. de humana nā. in ma
trice sunt septē cellule ⁊ receptacula seminis: ⁊ tot ge-
neraliter pñt generari pueri in quot cellulas peruene-
rit semen: ⁊ si diuisuz fuerit: sed tamen tres sunt in dex
tro latere in illis pñt generari. Similiter tres alie sunt
in sinistro latere in quibus pñt generari tres filie seu fe
melle: sed ⁊ alia est in medio eorum vbi autentici dicūt
generari hermofroditum idest hoiem habentem vtrū
q̄z sexum. s. vuluam ⁊ virgam: ⁊ ergo si pariet vltra se-
ptem pueros hoc potius miraculosum est q̄z naturalr.
¶ Quare gemelli sunt hoies semi nō ita fortes sicē alij.
vt dicūt leges ipsos in duello reputādo ꝓ medio hoie.
Rñ. naturaliter q: semen ⁊ mā que deberet transire in
vnū puerꝝ tñ hoc transit in duos: ergo ex hoc debilita-
tur: ⁊ aliquando non diu viuit vel frequenter moritur.
¶ Quare vt dicit Arist. impossibile est gemellos eē di-
uersi sexus: ⁊ ita ꝙ vnus sit masculus ⁊ altera femel-
la sz sp due vel tres masculi: due vel tres famelle. Rñ.
naturalr nō est possibile ꝙ vna ps semis cadit ad dex
tram partē matricis: ⁊ alia in sinistram partē: sed sem
per cadūt ad vnā ptē dextrā vel sinistrā. ¶ Qūo gñā
tur hermofroditus. Rñdeo per talem modū q: in ma-
trice sunt tres cellule principales vna in dextro: alia in
sinistro: tertia in medio in qua dicunt semen clausuz ge
nerari hermofroditū per talem modū q: natura semꝑ
intendit generare masculū: ⁊ nūq̄z femellam: q: femel
la est vir occasionatus ⁊ monstrū in natura: vt pz in li-
bro de aialibus: ğ qñq̄z formatur masculus quo ad oia
mēbra ꝑncipalia: sed tandem propter indispositionez
materie: ⁊ inobedientiā qualitatū seminis nō possunt
perficere masculum: tunc gñat femellam: ⁊ ergo dicūt
ꝙ hermofroditus sit impotens ⁊ membro virili: ⁊ ō lʒ
patebit. ¶ Quare natura non generat duo mēbra viri
lia vel duo feminea: sed vnum virile ⁊ aliud muliebre.
Respondeo q: in natura ponetur frustratio: quod ē cō
tra Aristo. ꝑmo celi ⁊ quarto metaphysice. quia de⁹ ⁊
natura non facit frustra. ¶ Utruz iste sit habendus ꝓ
viro vel muliere videtur ꝙ consideranda est quātitas
vnius membri super alterum: ⁊ dicit considerare ꝭz ꝙ
membrum sit potēs in actu venereo: ⁊ sic ꝭm muliebre
tunc est mulier: si ꝭm virile tunc est vir. ¶ Utruz talis
dz baptizari in noie viri vel mulieris. Rñdeo ꝙ nomi-
ne viri rō noia iponuntur ad placitum: ergo ꝭm digni⁹
debet imponi: modo vir dignior est muliere: q: oē agēs
ꝑstātius est suo passo: vt patet per Aristo. iij. de anima.
¶ Utrꝝ ipse debet stare in iudicio loco viri vel mulierꝭ.
rñdeo ꝭm viam iuris ꝙ ꝑmo debet iurare anteq̄z mit-
tatur ad iudicium quo membro possit vti: ⁊ ꝭm hec est
admittendum ⁊ si vteretur ambobus mēbris: ꝭz tñ oc
casionem ipse esset cremandus ⁊ sic semper querif ꝓ-
bleuma. vtrū possit ꝓcedere ad sacros ordies. Rñdeo
ꝭm iam dicta. (¶ Quare nā facit monstrum: vt patet
per Aristo. ij. physi.) quod sic: naz priuatur suo fine mō
strum: vt patet per Aristotelem ex indispositione ma-
terie vel effectu sit constellationis specialis: vt tempo-
ribus Alberti in Colonia generabaf puer ex applica-
tione lateris dextri omnes fere aperiebantur: ⁊ appli-
catōe lateris sinistre ecōuerso claudebantur. Item Al
bertus dicit ꝙ in quadam villa vacca peperit filium se
mihominis: tūc rustici suspicabanf ō pastore coijsse cū
vacca volebant eum cremare. Sed astrono. dicit veri-
tatem non fuisse. Itē vba Alberti nos vidimus equuz
hñtē mensi pedes añriores: posteriores portabat circa
collū: ⁊ os nō territ suꝑ terrā. Itē hec vba asserere Al
bertū nos vidim⁹ bicorpoꝝ ⁊ corꝑa in nullo iūcta erāt
nisi in dorso ⁊ hēbāt duo capita q̄ttuor brachia: alꝭ ⁊
q̄ttuor pedes ⁊ ibāt ad quācūq̄z partem vertebantur.
¶ Item verba Alberti narrauerunt nobis q̄dam since
re digne ꝙ viderunt talem hoiem in quo erāt duos ho
mines coniuncti in dorso: ⁊ vnus fuit iracundus: ⁊ al-
ter mansuetus ⁊ vixerunt duos annos vnus prius mo
riebatur: alter tandiu vixit donec ex fetore fratris mo-
riebatur. ¶ Querif qūo hoc fit. Rñdef per talem mo
dū cū semen fūdif ad cellulas per gñonē duoꝝ gemel
loꝝ: tunc ꝯtingit ꝙ itersticiū ⁊ pellis medianas iter il
la duas cellulas rūpaf ⁊ sic semina ꝯfluūt: ⁊ ita in dor
so ramificanf: ⁊ coniungunf habentes dua capita disti
cta. ¶ Utrꝝ hec sit vnus hō vel duo. Rñdef ꝭz Arist.
⁊ respiciēdū est ad cor. vñ qui duo hñt corda duo sunt
hoies. ¶ Quare aliqñ generatur puer cum magno ca
pite vel cum sex digitis in vna manu vel quattuor tan-
tum. Respondetur ꝭm Albertum super secundo physi
corum ꝙ propter superfluitatem vel defectuz materie.
Unde quando materia superfluit: tūc generatur caput
aliquando magnum vel sex digiti in manu vel in pede
Sed quando mā deficit: tunc aliqñ generatur mēbruz
minus q̄z deberet esse. Aliqñ generatur mēbra paucio
ra q̄z deberēt esse: ⁊ hec Albertus ⁊ Auer. distinguūt
in scdo physicorum. de quātitate continua ⁊ discreta.
¶ Quare ex inordinato coitu: scilicet laterali vel statio
nario sepius generantur pueri indispositi ⁊ menstruo
si. Rñdef: q: tūc semen iordiate locaf in matrice: ğ ior
que habent poros latos naturalr: vt sunt calida ꝛ hũi da. Et aliqui habẽt poros strictos: vt sunt frigida ꝛ sic ca. Adhuc aliqua sunt que habent repletionẽ: ꝛ oppilationẽ que reddũt poros strictos: ꝛ aliqua non habẽt oppilationẽ aliquã: ꝛ circa hec dico ꝙ q̃ttuor sunt notãda. ¶ Primũ est ꝙ corpora que hñt poros strictos naturaliter que non sunt oppilata vt sunt melancolici: vt alique vetule: minus leduntᷣ tunc temporis alijs corporibus. Quia remissa caliditas cordis ꝛ paucus aer per poros attrahitᷣ: qꝛ pori sunt stricti ꝛ ẽt qꝛ ille paucus aer pauco tempore retinetur: qꝛ non sunt oppilati nec repleti. Etiam illi qui habent qualitates conditiõales ꝓhibentes corruptionem: ac putredinẽ: vt est frigiditas ꝛ siccitas. ¶ Scõo dico ꝙ corpa que habẽt naturaliter poros latos ꝛ efficiuntur stricti per oppilationes: vt sunt corpa repleta q̃uis sint robusta: nihilominus plus offenduntur i aere pestilentiali alijs corpib⁹. Ratio est qꝛ multũ aer est attractus ad intra sic pp inspirationem ꝛ expirationẽ: ꝛ sic qꝛ oppilata sunt longo tempore retinentur: ꝛ non fit depressio illoꝝ ab aere. ꝛ adhuc fumi capinosi non purgantur. ꝛ qꝛ habent q̃litates conditiõales ꝯformes huic corruptioni: videlicet caliditatem ꝛ humiditatem: ꝛ prohibetur debita transpiratio que est cã corruptionis. ¶ Tertio dico ꝙ illi qui habent poros naturalr strictos ꝛ oppilatos mi nus offenduntur q̃ꝫ corpora ꝑus dicta ꝛ omnibus alijs ab his magis leduntur. Prima pars est manifesta per rõnem primi dicti: ꝛ per rationes que dicentᷣ in quarto dicto. ¶ Quarto dico ꝙ corpa q̃ hñt poros latos nãlr ꝛ sũt oppilata magis offẽduntᷣ q̃ꝫ corpa dicta i ꝑmo dicto. Sed minus q̃ꝫ corpora dicta in secundo. ꝛ tertio dicto. Ideo ꝑme partes sunt manifeste per rões primi dicti ꝛ est manifesta rõ secundi dicti: sed tertia pars sic ꝓbatur: qꝛ corpora tertij dicti habẽt oppilationes per q̃s prohibetur trãspiratio: ergo fit corruptio ꝓpꝛ calidi: ꝛ interceptio caliditatis medie est epidimialis: ꝛ ideo leuiter intrarent epidimias. ¶ Quinta ratio est in corpore tertij dicti. Aer est attractus ꝛ retentus longo tẽpore ꝛ spatio ꝛ virtus que habet contra operari est d̃bilis: ergo generatur putrefactio in talibus corpibus: sufficiant ergo iste rõnes cõtra aliquos. ¶ Quibus de causis est manifestuꝫ ꝙ corpora calida ꝛ humida que hñt poros naturaliter latos ꝛ oppilatos magis offenduntur. Postea ista que hñt nãlr strictos: ꝛ adhuc oppilatos sunt magis offensi. Ultimo illa que habẽt strictos ꝛ non oppilatos sunt offensi.

¶ Qualiter aliqua corpora in epidimia moriũtur: ꝛ aliqua non.

Sextum dubiuꝫ est pp qd est ꝙ aliq̃ corpora in epidimia moriuntᷣ ꝛ aliq̃ non. Cũ cãe sint vniuersales: ꝛ q̃re vnus moritᷣ in vna familia: alij vero non: ꝛ aliq̃ñ moriuntᷣ in vna domo: ꝛ vicini non. Aliq̃ñ in vna contrata: ꝛ in alia non. ¶ Respondetur ꝙ ꝓpter diuersitatem infirmoꝝ cõplexionũ ꝛ cõpositionũ nãliũ ꝛ actualiũ reptaꝝ in illis. ꝛ ẽt pp diuersitatẽ cãrum agentiũ que adueniunt per diuersitates ꝛ aspect⁹. Residuũ inuenies in rõnibus none questionis.

¶ Quare in pñti hoies ꝛ nõ boues moriũtur.

Septimũ dubiũ est: quare in pñti hoies ꝛ nõ boues moriuntur: ꝛ in anno preterito moriebantur boues ꝛ non homines. ¶ Rñdetur ꝙ istud accidit per rõnes ꝓprietatis singularis que tunc adheret aeri pp quã ꝓprietateꝫ generatur putredo in corporibus hoium: ꝛ non bouum: ꝛ ita anno p̃terito poterat esse vna ꝓprietas singularis in aere que habebat respectum supra boues ꝛ non hoies.

¶ Quare iuuenes robusti ꝛ fortes moriuntur antiqui vero non.

Octauuꝫ dubiũ est pp quid robusti ac fortes moriuntur. Antiq vero non. Est dicendum ꝙ antiqui sunt sine oppilatiõe siue possunt esse cum suis poris strictis nãliter ꝛ nõ oppilatis. Iuuenes fortes ꝛ robusti hẽbũt poros nãlr latos ꝛ oppilatos. Iõ citius corrũpuntur ꝛ moriuntur ex ista pestilentia: qꝛ in iuuenculis plus de hũiditatibus ꝛ superfluitatibus abundãt que diminutio calore naturali habent causare oppilationes. ꝛ in pueris abundat humiditas: ꝛ regimen inordinatum que res faciunt oppilationes.

¶ Quare moniales ꝛ incarcerati nõ moriuntᷣ.

Nonũ dubiũ est pp qd moniales ꝛ incarcerati non moriuntᷣ: ꝛ aliq̃ñ oẽs moriuntur: ꝛ aliq̃ñ non. ¶ Rñdetᷣ sic ꝙ illi qui habitant aerem cooptũ: ꝛ nõ fatigant se in aere detecto: nec habitant cum aliquo qui habeat ipsum corrũpere magis conseruantur. Sed aliquis vel aliqua ipsarũ corrumpatᷣ cõiter oẽs se corrũpunt: qꝛ oẽs isimul cohabitant: ꝛ viuunt ꝛ anhelant ꝛ vnomet regimie ꝛ aere particulari: ẽt per rõnem participationum aspectus vnius loci: qꝛ monasterium potest esse edificatũ sub tali ascendente ꝙ in vno tempore aer illius loci est magꝭ corruptus q̃ꝫ aer alterius loci. Ideo q̃ñ vnus moritᷣ in vna habitatione: alij debent recedere tanto citius quãto sunt generati ex vno patre. Quia sepe filij sapiũt naturã patris. Ideo si vn⁹ ĩfirmatur alij sunt dispositi ad ĩfirmitatem. Nihilominus aliquando contingit ꝙ vn⁹ moritur in vna familia: ꝛ non oẽs pp dispositiones pticipationũ repertaꝝ in illo: ꝛ non in alijs: istud sepe aduenit in vna cõtrata: nõ in alijs: ista dico de ciuitatib⁹.

¶ Quare patientes podagras non moriuntᷣ.

Decimũ dubiũ est: pp qd est ꝙ patientes podagras nõ moriuntᷣ istis temporib⁹. ¶ Cui respondetur ꝙ in podagris sunt pauci hũores ac oppilationes: ob quaꝫ cãm humores praui d̃scẽdũt ad extrema: ꝛ extriseca ꝛ ibi generat podagras: ideo non sunt dispositi ad se infirmandum.

¶ Quare epidimia venit vt plĩmũ post guerras.

Undecimũ dubiũ est pp quid est ꝙ epidimia vt plꝰm venit post guerras ꝛ post famẽ ꝛc̃. ¶ Rñde ꝙ tpe guerraꝝ regimẽ est inordinatum. Ob quã cãm gñantur praui humores in corporib⁹ dispositis ad corruptionẽ. Ac etiaꝫ pp superiora que disponunt sepe guerras ꝛ sepe disponũt ad pestilentiam: necnõ post caritudinem veniunt pestilentie: qꝛ tempore fertilitatis corpora nimis replentur ob quã cãm generantᷣ oppilationes. Deinde corruptiones: ꝛ hoc sufficiat de tertio capitulo ꝛc̃.

Capitulum quartum de modo curatiuo.

Nunc seqᷣ q̃rtuꝫ caplm. In quo tractatur de actu curatiuo. Cuius intẽtio est triplex. Prima est circa virtutẽ. Scõa circa febrẽ. Tertia circa apã. Primo circa ꝑmã intentioneꝫ est sciendũ ꝙ in febricitantibus apparet virtus multũ debilitata: ꝛ istud accidit: qꝛ spũs maxie resoluuntᷣ: ac ẽt cõplexiones mẽbroꝝ ꝑncipaliũ sunt alterate: ꝛ maxime cõplexio cordis ab humoribus venenosis: qui q̃ q̃runt cor a forma specifica: ꝛ alia mẽbra ꝑncipalia: iõ insistendũ est in dãdo cibos copiose: boni ꝛ magni nutrimenti qui leuiter digerãtur: qꝛ leuiter possint digeri: ꝛ spũs multiplicari vt sunt fasiani: pulli: ꝛ perdices: ꝛ similia. Condianturq̃ꝫ tales cibi cum aceto: agresta: su-

co maloꝝ rancioꝝ: limonū: vino maligranati: ꝛ similibus que hn̄t ꝓhibere corruptionē īfirmi. Capiant etiā tales cibi: vltra appetitū: qꝛ vt plurimū in talibus deficit appetitus: ꝛ minus ꝙ̄ tempore sanitatis. est ēt vtēdum ꝯfectionibus: electuarijs: aquis: ꝛ pulueribus: ac etiam alijs cordialibus que cōiter ponuntur ab auctoribus. Ab extra sunt membra confortanda principalia nō dimittēdo. s. cor: cerebꝝ: ꝛ epar. Etiā alia membra vt stomachus: renes: ꝛ maxime confortetur membꝝ in quo est talis humor venenosus: ꝛ istud fiat cū medicinis appropriatis membris confortādis. Aer camere sic rectificetur pro illis qui stāt in camera: sicut ꝓ egro aspergendo cū ramis ꝛ frondulis: ꝛ rosis madefactis in aceto cū sandalis cū ꝓfumigijs ex myrra: thure silo aloe: storacem: ꝛ similibus. Ponendo lintheamina madefacta in aceto cum cortinis: ꝛ sepe renouando: etiā muri camere aspergantur sepe aqua ꝛ aceto: ꝛ sint sup lecto ꝛ banchis multi citri ꝛ c̄.

¶ De corpis euacuatione ꝛ de clisteri faciendo.

Secunda intentio est maxie in desiccando: ꝛ euacuando corpus: cum flebotomia: vel solutione ventris. Quia si mā vincēs fuerit sanguinea incontinenti est incipiendū a flebotomia. In quo ē apa. Ad hoc vt humor venenosus nō spargatur per diuersas ptes corpis ēt ꝯsentiente v̇tute copiosa fiat flebotomia ꝛ si mā vincens sit alia a sanguine: ꝓut colerica vl' melancolica est euacuanda cū solutiuo appropriato illi: ꝛ si illa materia fuerit sanguinea ēt alijs humorib' super abundantibus. In primis fiat flebotomia. Consequenter desiccentur humores eradicando si fieri potest: ꝛ si alique reliquie remanerent sunt digerende cū sirupis appropriatis. Sed p̄mo eradicentur: ꝛ ipso ītermedio fiat clistere cōmune: ꝛ aliquātulum acutum: ꝛ multum est vtile vti continuo. s. bis in die. Similiter sirupus descriptus ante. ꝛ posset in isto casu dare vna vice. in maiori ꝙ̄titate alijs casibus.

¶ De cura apostematis.

Tertia intētio est circa aꝑata ꝛ ad cyrugicos spectat. ꝛ est sciendū ꝙ apostemata que apparent tpe pestilentie: que sunt perniciosa ꝛ mortalia sunt ista. s. antrax carbūculꝰ glādula: vel patrarcha: ignis ꝑsicus: ꝛ pruna de qbus dicetur ꝑ ordinē. ꝛ p̄mo de antrace que dicitur ab antro: qꝛ nascit̄ in locis absconsis cordis: vel qꝛ per antrū vadit ad cor quod est in medio: ꝛ sic diffinitur. ¶ Antra est apa paruū ad modū pustule in principio fraudulentum ꝛ venenosum: qđ corrumpit particulam a qua eleuatur adulterando illā ꝛ partes que ꝓpinquantur tumefiunt ad formā sanguinis combusti: qui acquirit eā maliciā in p̄ma adustione: ꝛ ex mortali rubedine: ꝛ cū vlterius accenditur: ꝛ ardet augmentatur venenum ꝛ malitia. ꝛ acquiritur vnus color citrinus: etiam si vlterius accenditur ꝙ locus efficiatur siccus: tunc augmētatur gradus malitie: ꝛ intantum ꝙ corrūpit subito ptes ad quas pertingit. ꝛ facit puncturam vt ignis: ꝛ efficitur nigꝝ ac obscuꝝ. ꝛ si cum eo exierit liquor ꝛ erit in superficie membri similis illi qui fuit in corpore combusto vt cauterizato ab igne: ob ꝙ̄ cām seq̄t ꝙ antrax est tribus maneriebus: vt pꝫ cū isto aꝑate. Adiunguntur seua accidentia: vt est tremor cordis: sincopis: debilitas pulsus. ꝛ iste accidit qꝛ vapores mali leuati veniunt ad cor. Inde paꝝ deffert a carbūculo: qꝛ est de mā sanguinea nō adusta vel denigrata. Primo in illa ē aliquis liquor: qui per adustionē exacuitur adhuc non est tante venenositatis vt est Antrax. Et appellat̄ carbunculus ꝙ̄si carbone lucente ꝛ non mortuo. Circa ipsum sunt notande tres res. Prima est color: locus ꝛ dispō partis: vnde color niger est peior omnibus alijs. Dein de viridis. Deinde citrinus. Deinde rubeus. Unde locus est peior iuxta aliqđ mēbrum p̄ncipale: ꝙ̄ extremalibus partibus: vnde dispositio partis est peior illa ꝙ̄ est desiccata ꝙ̄ humectata.

¶ De cura antracis.

In cura antracis est euacuandū vt dictū fuit in interioribus ꝑm consensū virtutis: ac etatis. Secūdario est euacuāda mā defluxa ad illius partē cum appositione ventose. fl' cū scalpellatione: ꝛ cum sanguisugis ꝛ fiat cauteriū cum ferro ignito: ꝛ euitetur cauterium cū cera ardēti: qꝛ cōgelatio cere ꝓhibet euaporationem maloꝝ vaporum: imo sparguntur per mēbrum. Adhuc potest fieri cauterium potentiale ex medicinis cauterizātibus: vt est vitriolum: viride es. Arsenicum. Calx viua: ꝛ capitellum factū de calce ꝛ sapone: vel de aqua forti: ꝛ ex similib' rebus: etiam bonum est empl'm factum de scabiosa: cū ipsa in pauco tpe mortificat. Similiter istud emplastrū est bonū. Recipe vitellum vnius oui: ꝛ cum illo permisce de sale quātum potes: ꝛ debes inouari de vna hora in aliam. Nihilominus ego laudo plus cauterium acutale: ꝛ debent administrari res que operentur contra venenum. Similiter detur hec medicina omni die. Recipe succi scabiose. ℥. iij. terre sigillate: boli armeni loti ān. ʒ. ß. misceantur ꝛ potētur in mane. Similiter coagulum bibitū expellit venenū a corpore: maxime coagulum legoris. In vice. ʒ. i. cum vino odorifero. Similiter succus citri. ʒ. ij. cum vino bono. Similiter terra sigillata: ambra: coralli: metridatum: ꝛ tyriaca.

¶ Cura circa accn̄tia que veniunt a p̄uitate mãe.

Tertio est notandum circa accidentia que veniunt a prauitate mãe ꝛ a caliditate ipsi': ꝛ etiam a caliditate medicinarū quā facit cauterium: vel a cauterio actuali in parte īfirma circunstantis vt mortua cū aliquo ferro: vel vt qꝛ causatur dolor ꝛ est cā inflāmationis: ꝛ apostematōis. Jō dꝫ expectari quousqꝫ naturaliter euellatur: ꝛ incidatur circa partes suas non dimittendo aliquid carnis infirme: ꝛ corruptio nō vadat ad ptes sanas: ꝛ est bōa scarificatio vt mali humores possint exire. etiam ventosa euellit de ꝓfundo sanguinem corruptum ꝛ venenosum vt non reuertatur a circūferentia ad centrū. Fracta cute ꝛ extracta mā venenosa in eius euātione. Caueat sibi medicus a malis fumis: ꝛ nō tāgat cū manu: qꝛ vna mā distillati subtilis est ꝯtagiosa intrn̄ ꝙ medici postea infirmantur. Immo appōatur medicamē qđ abstergat ꝛ mundificet. Sicut medicamen factū ex farina ordei ꝛ melle cū pauco salis apponendo soliū. ¶ Ad idē recipe sarcole mellis. ān. partes equales misceantur ꝛ mirabiliter operatur facta mundificatione admistret̄ generatiuum carnis. ꝛ si est ꝯcauitas capiatur basilicum ꝛ teratur ꝛ impleatur ꝯcauitas ꝛ fiet ḡnatio carnis. ¶ Ad idem recipe aristologie rotunde: centauree minoris: pentafilon ꝯsolide maioris. ān. partes eq̄les: ꝛ distilletur aq̄ ad lambicū ꝛ reseruet̄ tpe: ꝛ est mirabilis in reseruatione carnis. ¶ Ad idem emplastꝝ ex coriādris recentib' ꝛ vuis passis recentibus cū melle est bonum. ¶ Ad idē radix anfodilli cum fece vini. Similiter bertonica cum pinguedine emplastrata. ꝛ ista sufficiant in cura carbunculi ꝛ antracis.

¶ Quare dicitur patrachia glandula siue bufso ꝛ similia.

Secūdario



Ecundario est notandū de patrachia siue glādula vl' buffone. Et dr̄ patrachia: a patrachio hoīe qui pͥmo inter xpianos inuenit: ⁊ dr̄ buffo siue bubo ad similitudinem illius aīalis: qḋ hic vocatur: qꝛ tale apā accidit in locis emunctoꝛijs absconditis: vt illud aīal continuo stat. Sed dīnt qꝛ patrachia fit ē mā venenosa. Bubo aūt nō. ideo sic diffinitur. Patrachia est apā venenosuʒ perdens qḋ operaꝛ circa pulsus cordis cū sincopi ⁊ tremoꝛe: multiplicatur tpe pestis in locis p̄dictis: vt in collo. Cā istius est cā diffinitiōis q̄ etiam est dicta supra: ⁊ differt a carbunculo: qꝛ mā sua q̄uis sit ex sanguine non est tm̄ adusta: vt in carbunculo: ⁊ est signū alterius malitie: qꝛ occidit in trib⁹ vel q̄t tuoꝛ diebus: ⁊ aliq̄n in paucioꝛibus: ⁊ aliq̄n in quinqꝫ: ⁊ si peruenit vsqꝫ ad septimū potest sperari. Aliquando ḡnatur ex mā flegmatica: ⁊ aliq̄n humida cum sanguine permixta. Silr̄ est differentia: qꝛ carbūculus nascitur in extremitatibus: ⁊ in alijs partibus coꝛpis exceptis emunctoꝛijs: ⁊ etiam in principio non causatur eschera vt a carbunculo.

¶ Modus curationis istoꝛum.



Irca curā istius apātis. Sciendū est ꝙ duplex est intentio. s. vniuersalis ⁊ particularis. Uniuersalis fit ꝯm intentionē. scḋa ita qḋ si tale apā est sub asellis dxtre fiat flebotomia ex alia parte in bꝛachio: ⁊ ex vena cōi. Si post aurem fiat flebotomia ex vena capitis illius lateris in manu. Si in inguinibus ex saphena illius lateris. Cura particularis est duplex ad hoc vt mā extrahaꝛ sensibiliter cū rebus que hn̄t extrahere ⁊ resoluere vapoꝛes illius ⁊ hoc fit cum appositione ventosaꝝ ⁊ scalpellatiōe: ⁊ sanguisugis: vel cum cauterio actuali vel potentiali: vl' cū oī alia re cum qua melius fieri potest. Primo si apponitur ventosa cū igne: deinde fiat scarificatio: ⁊ ē nouo reponatur ventosa vel sanguisuge bone vel habeaꝛ gallus ⁊ depiletur circa pudibunda apponaꝛ loco per hoꝛam: ⁊ in alia hoꝛa apponatur alter: ⁊ sic fiat per totam dieʒ ⁊ venenū ita attrahiꝛ a coꝛde galli. Ideo gallus subito moꝛitur. Scḋa est ꝙ fiant emplastra que hēant attrahere ⁊ resoluere sensibiliter. Quoꝝ hec sunt descriptiones. Recipe medulle fermenti. ℥. iiij. sinapis: semis vꝛtice: an̄. ℥. vitrioli. ʒ. ij. Cātaridaꝝ nūero. x. misceantur ⁊ cōponanꝛ cū melle dispumato. Ad idem recipe capitellū factū ex calce viua: sapone: ⁊ cum saliua est bonū. Ad ideʒ recipe radi. nasturcij: agrimonie: an̄. M. hec buliant cum oleo de lilio: ⁊ melle: an̄. ℥. iiij. Ad idē recipe cātaridaꝝ numero. x. pulueriʒenꝛ: ⁊ buliant cum oleo veteri vsqꝫ ad spissitudinem ⁊ apponaꝛ loco. Aliud recipe cartomi: nucis: rancide: semis caulis: cepe stercoꝛis columbini: an̄. ℥. i. misceantur ⁊ pulueriʒētur: ⁊ fiat emplastrum: similiter appositio istius capitelli est multum vtilis.

¶ Ad frangendum ⁊ euacuandum apostema.



Ingulares medicine que frāgūt apostema: ⁊ euacuant mām sensibilr̄ sunt iste. vʒ. Species gūme: vt ē galbina: eufoꝛbiū: arsenicū: nasturtium: vꝛtica: semen sinapis: nuces rācide. cātarelle: coꝛdumeni: salisgēme. baurach: piraciō: stercus auium calidoꝝ: vt est colūboꝝ: accipitrū: ⁊ falconū. Componantur oēs iste res cum gūmis ⁊ succis vel melle: vel stercoꝛe auiū: vel capitello: vel lixiuio foꝛti: quo vtunꝛ tinctoꝛes: vel alchimiste. ¶ Alia circa h̄ specialis in mā isensibiliter resoluaꝛ. Recipe baurach: salis armoniaci: allei: piperis nigri: an̄. partes equales pistentur ⁊ misceanꝛ cū succo scabiose: ⁊ fiat emplr̄m. ¶ Aliud bonū Cinoglossa viridis ⁊ siccata trita inter duos lapides silr̄ consolida maioꝛ mirabiliter operaꝛ. ⁊ hoc vidi per experientiā: qꝛ resoluit venenū. Similiter operaꝛ vincetosicū siue antifoꝛata: qꝛ habet pꝛopꝛietatem singularem.

¶ De pꝛuna ⁊ igne persico.



Odo restat istud capitulum videre ⁊ est notandum ꝙ dicitur carbo vel pꝛuna: qꝛ in pͥncipio sue apparitionis facit vnaʒ adustioneʒ ⁊ escharam: qꝛ coꝛrumpit partes q̄bus superuenit cū soꝛditie deambulando ⁊ facit mēbꝛū nigrum: ⁊ est de genere carbunculi ⁊ nihilominus differt ab illo: qꝛ pꝛuna generatur ex sanguine subtili: vt sepe appa ret tpe pestilentie. Materia autem carbūculi fit ex sanguine grosso adusto: vt dictū est: adhuc differūt: qꝛ pꝛuritus p̄cedit carbunculum. non aūt in pꝛuna. Adhuc differunt: qꝛ in aduentu carbūculi coloꝛ semꝑ est niger ⁊ in aduētu alioꝝ. Aliquādo rubeus. Aliq̄n citrinus. Aliquando viridis. Adhuc est differentia inter carbonem. ⁊ ignem persicū: qꝛ ignis persicus est quando colera p̄dominatur melancolie in tali adustione: ⁊ tūc est nigredo circunstans quātitatem ⁊ cum tali coloꝛe: vel insanis laudat tempus capiendi tyriacam: sanis ⁊ egris cū stomachus vacu⁹ fuerit ⁊ tu bene digesseris: ⁊ aliq̄n ad fabe egyptiace magnitudinē: aliq̄n ad modum auellane. ⁊ ad pondus. ʒ. ℥. vel. ʒ. i. ad plus. ꝯm ꝙ plus ad digestionē stomachi tempus habes: ⁊ mō cuʒ aq̄: mō cū vino: modo cū succo granati: modo cū vua: mō cū succis: vt dictum est supꝛa: appꝛopꝛiatis qḋ tibi ex te scire relinquiꝛ: hoc mō medico logico ⁊ sapienti. Ita adhuc circa exhibitionē ipsius tyriace. Quaʒ ego Petrus voco dominam medicinaꝝ. Considerare etiā opꝫ anni tp̄s: regionem: ⁊ etatem: vtputa si estas ē maxime cum calidioꝛ facta fuerit. Nā leditur inde coꝛpus vt circa hoc. Gal. hippo. allegat cum dicit. Eas an̄ canem molestas esse farmacias. ⁊ qꝛ vt plurimuʒ febꝛes infert hoc tempus ptius vtendū est isto calidissimo tpe tyriaca: silr̄ ab hominibus magne caliditatis parti⁹ est vtenda nisi foꝛsan cogat necessitas. ¶ Et eadē ratiōe qꝛ foꝛtioꝛ est virtus tyriace roboꝛe infantium ꝑpea ipsam Gal. infantibuꝫ pꝛohibet exhiberi: nisi causa p̄dicta: cum ipse asserat se vidisse mirabiliter moꝛtuuʒ fuisse infantem vnum ⁊ īmoderato vsu tyriace: dissoluit. n. in totū ambitum eius ⁊ ventrem fluere fecit: sic pp irratiōabilem assumptionē tyriace perijt īfans. Gal'. finaliter ꝯcludit qui in terra calida ꝯuersabiꝛ: vtputa nigrorum vel similiū: caue vt farmaca. vʒ tyriaca nisi vt dcm̄ est in necessarijs causis ⁊ sufficiat tibi ea que in ibi est caliditas. ¶ Quo circa a pͥmo oꝛtu Julij: ⁊ inquantuʒ durāt dies caniculares. s. per totum vigesimūsecunduʒ diem Augusti: ⁊ hominibus calidissimis per totū augustum exhiberi inibet tyriacam: nisi vt dictuʒ est si eēt necessitas maxia: vtputa pestis: moꝛsus venenosus ferarum: ⁊ his similia vel maioꝛa instarent.



¶ Incipit anothomia Mundini.



Uia dixit Gal. septimo
terapentice. Methodi.
auctoritate Platõis opꝰ
in aliqua scientia vel ar
te traditur tribus d̄ cau-
sis. ¶ Primo vt quis sa
tisfaciat amicis. ¶ Secū
do vt exerceatur qs exer-
citio vtilissimo quod est
per intellectum. ¶ Ter
tio vt remedietur obliuio
ni: que est ex senectute.
Hinc est ꝙ his tribus d̄
causis ꝓmotus ꝓposui meis scholaribus in medicina
quoddā opꝰ cōponere. Et qꝛ cognitio partiū subiecti in
medicina: qd̄ est corpus hūanū: que loca dispositionuꝫ
appellatur: est vna partiū scientie medicine: vt dic̄ Auer.
ꝑmo sui Colliget. caplo de diffinitione medicine. Hinc
est ꝙ inter cetera nobis cognita: cognitionē corꝑis hu
mani ⁊ partiū eius que ex anothomia insurgit propo-
sui tradere: nō hic obseruans stilū altū, sed ſm manua
lem operationeꝫ vobis magis tradam noticiam.

Situato itaqꝫ corpore vel hoie mortuo per d̄
colationē vel suspēsionē supino. Primo noti
ciam totius debemus habere. Secūdo par
tium: nam cuꝫ omnis nostra noticia incipiat
a notioribus nobis. ⁊ que sunt confusa sunt notiora: ⁊
non confusius sit partibus a cognitione totiꝰ debemus
incipere. ¶ Circa totū aūt qd̄ debemus cognoscere est
in quo hō d̄riam hꝫ ab alijs aialibus. Habet aūt d̄riaꝫ
in tribus. s. in figura vel situ partiū: ⁊ in moribꝰ siue ar
tibus: ⁊ in partibus quibusdā. In figura nāqꝫ hō ē sta
ture recte: ⁊ hanc habuit q̈ttuor causis. nā corpꝰ hūa
nū hꝫ inter cetera aialia mām leuissimā spumosaꝫ ⁊ ae
reā. Et id̄ ad suꝑiora eleuabilē. Scd̄o inter cetera eius
dem q̈ttitatis calorē habet ampliorē cuius est sꝑ ad su
periora eleuare. Tertio formā hꝫ ꝑfectissimā que cum
angelis ⁊ intelligētijs que totū vniuersum regunt cōi-
cat: ⁊ id̄ sursum eius sensus vniuersi eē debet. Quar-
to rōne finis sui fuit eiusdē stature ⁊ figure recte: qꝛ ip̄e
finaliter ordinatur ad intelligere ad quod deseruiunt sen
sus ⁊ maxie sensus visus: vt appꝫ ꝓhemio metaphy.
⁊ id̄ in ipso debuit visus situari: ⁊ cerebrū: ⁊ ꝑ ꝯn̄s ca
put situ tali vt possit oia diuersa sensibilia apprehende
re. ⁊ qꝛ ad plura visibilia se extendit qn̄ situatur in alto:
qd̄ apparet qꝛ custodientes ciuitates vt possent a lōge
bn̄ videre statuunt sua spectacula in loco alto: vt in tur
ribus ⁊ hmōi. vt dic̄ Gal. ix. de iuuamentis mēbroꝝ. ⁊
ꝑꝑ hoc ipse ibi dicit: ⁊ ēt Aui. iij. can̄. i ꝑncipio ꝙ necī-
tas in situādo caput suꝑiꝰ in hoie nō fuit ꝑꝑ cerebrum:
nec ꝑꝑ aures: nec ꝑꝑ os: nec ꝑꝑ nares: sꝫ ꝑꝑ oculos ꝑꝑ
cām dictā. ⁊ sic ex ꝑte appꝫ oiuꝫ q̈ttuor cāꝝ ꝙ hō fuit
stature recte: ꝑꝑ qd̄ vocatur antropos vel platenus. i. plā
ta reuersa: ⁊ microcosmus. i. mior mūdus. qꝛ sursum ⁊
deorsum hꝫ sicut mūdus ⁊ vniuersum. ⁊ est hec prima
d̄ria. Scd̄a est ex moribus vel ex arte. Mores. n. inter
cetera aialia magis hꝫ mās̄uetos: nā est aial politicum
⁊ ciuile. Arte oi a nā caret. nō enim hꝫ artē insitā a nā:
vt aranea: apes: ⁊ hmōi: ad hoc vt ꝑcipiat oēm artē. si
n. hēret aliquā isitā a nā: oi alia careret arte: vt dic̄ Ga.
iij. de iuuamētis. Differt ēt ab alijs in ꝑtibꝰ: nā non hꝫ
ꝑtes multas: q̄s hn̄t alia aialia itrinsecas: nā n̄ hꝫ ꝑtes
q̄ sunt a nā date vt arma ad defendendū sicut sunt: cor
nua: rostra: vngues lōge: ⁊ istis caret: qꝛ hꝫ organū or
ganoꝝ qd̄ est manus: que sibi p̄t parare oē genus ar-
moꝝ ad defendendū: vt ēt dic̄ Gal. i. de iuuamētis: ⁊ id̄
caruit a nā illis: vt oia possit hr̄e. Caruit ēt ꝑtibꝰ q̄ pilo
se: pēnose: ⁊ squamose sunt ꝑꝑ eādē cām: ⁊ ēt qꝛ nō hꝫ
māꝫ multū suꝑfluā terrestrē: q̄ mā ē illaꝝ ꝑtiū. Caruit
ēt cauda ꝑꝑ eādē cāꝫ ēt: qꝛ cū sit statur̄ erecte ꝑetē ope-
ratur sedēdo: cauda. n. sessioneꝫ ꝓhibet. hec sufficiant de
anothomia totius.

De partibus nāqꝫ licet sint duplices. s. simpli
ces ⁊ composite: de simplicibus non ponaꝫ
distinctam anothomiā: quia eorum anotho
mia non apparet in corpore deciso: sed ma-
gis in liquefacto in gurgitibꝰ aq̄ꝝ. Sed ponendo ano
thomiam mēbroꝝ organicoꝝ de consimilibus loquar
ſm ꝙ simile aliqd̄ in aliquo mēbro organico d̄n̄atur:
vt de carne in anothomia core: ⁊ de ossibus in anotho
mia dorsi ⁊ pedū ⁊ de neruis in anothomia cerebri ⁊
nuche. ¶ De mēbris aūt officialibus sciendūꝫ ꝙ in q̈ꝫ
pluribus ipsoꝝ q̈ꝫtū ad anothomiā factā i mortuis sex
sunt videnda: vt dicit Cōmentator Alexandrimꝰ com
mento libri sectaꝝ. s. que ipsoꝝ sit positio: que sit eoruꝫ
substātia: ⁊ ꝑ ꝯn̄s cōclusio que sit eoꝝ quātitas. nūerꝰ
figura: ⁊ ꝯtinuitas eoꝝ. Sed q̈ꝫtū ad anothomiā ipso
rū factā in viuis sunt ꝯsiderāda duo que ēt in mortuis:
vel mortuoꝝ anothomia pn̄t quodāmō apparere. ꝑm
est que sint iuuamēta ipsius ⁊ opōnes. scd̄ꝫ est que sint
egritudines q̄ in ipso pn̄t cōtingere: ⁊ si curā aliquam
appropriatā hn̄t que sit illa ostēdatur. ¶ Diuisio autē
⁊ nūerus partiū corporis est: qꝛ ꝑtes quedaꝫ sunt que
extrema vel extremitates dicuntur. Quedā vō itrisece
⁊ ꝓfūde: ⁊ illaꝝ q̄dam sunt que ordinantur imediate ad
ꝯseruationē sp̄ei: q̄dā imediate ad ꝯſuationē idiuidui.
Prima sunt mēbra genitalia. Scd̄a sunt q̄ in vētribus
cōtinentur. Tres āt sunt vētres in corꝑe nostro. s. suꝑior
q ꝯtinet mēbra nālia. Medius qui ꝯtinet mēbra sp̄ūa
lia. Primo tn̄ icipiā ab anothomia ventris inferioris:
qꝛ illa mēbra fetida sunt. ⁊ id̄ vt ista ꝑmitus abijciantur
ab eis incipiendū ē. Secūdario qꝛ ois nostra cognitio
⁊ speculatio que ex manuali cōsistit operatiōe a notio
ribus nobis icipit: talia āt cū sint posteriora sunt nobis
notiora. ¶ Primū āt qd̄ est videre ex h̄ vētre ē s̄ba: ⁊
complexio eius: qꝛ positio eius est satis nota: qꝛ fuit po
situs ifra alios vētres ꝑꝑ imꝑfectionē eoꝝ mēbroruꝫ:
q̄ ꝯtinentur: qꝛ mēbrū quāto minꝰ ꝑticipat d̄ nobilitate ⁊
ꝑfectione: tāto magis locū ifimū obtinet in genere mē
broꝝ: sic̄ est in mundo in genere entiū. Itē qꝛ ꝯtiet mē
bra deputata ad expurgandū ⁊ ad ꝯtinēdū feces ⁊ su
ꝑfluitates g̃ues que. s. ꝓtendūt deorsum: ⁊ sp̄al'r. q̄ sūt
accepte ꝑ sursuꝫ. Est itaqꝫ s̄ba eius carnosa: vt itestina
⁊ pelliculosa: ⁊ carnosa tn̄ magis: ⁊ ex h̄ appꝫ ꝙ ē cō
plexionis calide ⁊ hūide. ⁊ cā q̄re fuit hmōi vēter car
nosus ⁊ pelliculosus. ⁊ nō ossuosus ē: qꝛ hmōi venter
hꝫ ꝯtinere mēbra que ꝑꝑ assumptionē cibi vt stōus: ⁊
ꝑꝑ repletionē ⁊ retentionē fecū: vel ex fecibꝰ in conca-
uum: vel ex aquositate vel ex vētositate: vt hidropisis:
vel ꝑꝑ ipregnationē vt matrix dꝫ aliqn̄ tumescere. Si
āt venter esset ossuosus nō posset intumescere. ¶ Se-
cundū ꝙ oꝫ videre est numerus ꝑtiū q̈ꝫtitas ⁊ figura.
ꝑtes. n. sunt duplices. s. intrinsece ⁊ extrisece. Quedam
sunt directa: quedā collaterales extrinsece: directe sūt
que d̄n̄r correspondere ori stomachi ⁊ est pars in qua
sentitur os siue cartilago epiglotalis: que alio nomine
noiatur pomū granatuꝫ de qua suo loco apparebit: po
stea est ꝑs stomachalis que est supra vmbilicum vl' di
stans ab vmbilico per quattuor digitos. ¶ Tertio est
pars vmbilicalis: ⁊ est vbi est vmbilicus: cum quo est

alligatio fetus in matrice cū venis matricis. Et ppea intrinsecis apparet vena q̄dā que ꝯtinuat cū ipso ꝛ ptransit per zirbum epatis in chilim.s.venā.ista tñ ꝓuata est sanguine:q2 frustra ē post partū a ꝓpria operatione:ꝛ ppea ꝯtinue euanescit:ꝛ iō minor apparet in senibus q̄ȝ in iuuenibus:sicut ēt euanescit artaria que cum dicta vena descendit ad vmbilicū fetus. ꝛ qñ est in vmbilico descendit inferius:ꝛ peruenit ad artariū adorti iuxta spondiles renū ꝛ yliorum:vt ifra dicet:ꝛ qñ excarnas mirach ꝓpe vmbilicū hāc considera artariā que ē ad modū nerui vel corde. ¶ Quarto est ps que vocat sumē infra vmbilicū per quattuor digitos ꝛ est ps in q̄ quedā vene terminant ad cutim per q̄s pueri existentes in matrice emittunt aquositates. ꝛ iō vt dicit Aui. tales vene ꝛ talis pars notior est in nō natis q̄ȝ in pfectis:pȝ q̄rta tertij cap͡lo de causis. Ego hoc modo multotiēs monstraui:q2 in pfectis frustat ab operatione. ¶ Quinto est ps que vocat pecten in quā existunt mēbra genitalia. ¶ Partes vō laterales sunt duo:hipocūdria ꝛ ylia.ꝛ ē hipocūdriū dextrū ꝛ sinistrū:dextrum vbi locatū est epar:ꝛ hipocūdriū sinistrum vbi locatū est splen ꝛ ylium dextrum ꝛ sinistrum similiter.


Is visis partes magis intrisecas discernas: ipsarum.n.q̄dā sunt ꝯtinentes quedā vero ꝯtēte. Cōtinētes cōi noie vocant mirach. Mirach aūt cōponit ex q̄nqȝ partib⁹.s.cuti:pinguedine:panniculo carnoso: musculis ꝛ cordis eorum:ꝛ siphac. Cū rasorio igitur incide ꝓtrahēdo a scuto oris stomachi directe vsqȝ ad ossa pectinis leuiter incidendo cutiȝ:postea iuxta vmbilicū ꝭm latitudinem icidas ꝓtrahēdo a dextris ad sinistras vsqȝ ad dorsuȝ. Postea excoria ꝛ habebis primo cutim:post āt apparebit statim pinguedo maior tñ in porco q̄ȝ in hoie. postea locatus est panniculus carnosus qui nō ē neruosus vt alij: neqȝ est carnosus:vt musculus:sȝ est pmixtus ex carne ꝛ pāniculo p⁹eū sunt corde ꝛ musculi. ¶ Musculi sūt octo vt dic̄ Galie.sexto de iuuamentis mēbrorum:capitulo penultimo:nam duo sunt longitudinales:quorum fila ꝓtendunt ꝭm lōgum a clipeo oris stomachi vsqȝ ad ossa pectinis.ideo vocati sunt longitudinales:ꝛ isti nō habent magnas cordas nisi ligamētales:post istos sūt duo trāsuersales supiores:vnus a dextris alter a sinistris:ꝛ ambo oriunt a supiorib⁹iuxta costas:ꝛ desinūt in cordas circa ossa pectinis:sic ꝙ dextera corda tēdit inferius ad sinistrum:ꝛ sinistram ad dextrum:ꝛ ꝑ oppositum sunt ꝓcedentes inferiores ad superiora:quorum ortus est ab ossibus pectinis:ꝛ anche ꝛ desinūt in cordas:cū ad locū vbi finiunt coste dirigūtur ita ꝙ corde eorum crucientur adinuiceȝ ad modū istius ✠ figure. ¶ Ultimo post istos sunt latitudinales:quorum fila ꝓtendunt ꝭm latū vnus dexter:ꝛ alter sinister:ꝛ ort⁹. ꝛ apparentia eorum est magis iuxta dorsum versus sursum:ꝛ isti cū longitudinalibus veniunt intersecantes se ad inuicem ad angulos rectos. ꝛ hic est numerus:quātitas: positio:subst̄ātia:figura:colligantia:ꝛ ꝯtinuitas. ¶ Iuuamentū eorum est duplex.s.cōe ꝛ ꝓprium. Cōmune est duplex.s.ꝓncipale ꝛ secundariuȝ. Principale est: vt cōstituentes substantiam ipsius mirach membra intrinseca tueantur a nocumentis extrinsecis: ꝛ cal'itas eoruȝ reuerberetur ad intra. Secundarium iuuamentū ē: vt adiuuēt ad expulsionē eorum que a pectore expelluntur: ꝛ vt ad expulsionē fetus:ꝛ fecum cum mirach ēt adiuuent:vt dicit Gal'.in eodē sexto. Iuuamentum speciale est:q2 musculi longitudiales sunt facti ad attrahenduȝ ꝓncipaliter. Scōo ad expellendum. ꝛ quia hec opō in intestinis maxime regritur:ideo isti musculi fuerūt magni.expulsionē aūt operant per ꝯtractionē villorum suorū:qbus ꝯ̄ctis exprimunt mēbra que ꝯtinent. ꝛ ꝑ ꝯñs expellūt ꝙ in eis ꝯtinet. Itē hoc faciūt grā diafragmatis cū quo ꝯtinuant ꝙ descendens a parte posteriori deorsum ca͞sit:quare intestina ꝛ mēbra que continentur sunt quasi inter duas manus. ꝛ ideo qñ isti musculi cōtrahuntur comprimitur diafragma:sic ꝙ illa membra exprimunt quod in eis est.sicut aliqua res contenta inter duas manus expellitur per compressionem manuū adinuicem.quod latius infra declarabit in anothomia diafragmatis. Musculi vero latitudiales sunt facti ad expellendum ꝛ propter hoc maxime imediati⁹ approximantur intestinis:ꝛ expulsionem faciunt per cōpressionem partis a qua dȝ fieri expulsio. ꝛ expulsio dȝ fieri a supioribus ad inferiora. ¶ Hinc est ꝙ isti musculi magis fuerunt positi superius q̄ȝ inferius. Transuersales vero facti sunt ad retinendum. Retentio aūt fit per villos transuersales:vt apparet tertio de virtutibus naturalis qua retentione oportebat facere ne superfluitates reascenderent superius ad locum superiorem: vnde venit. ꝛ ne cito descenderent.sed continerētur vt totum iuuamentum exurgeretur.ideo non fuerūt tantuȝ duo transuersales superiores sed ꝛ inferiores. Sed q2 magis regritur rententio ne regrediantur superius q̄ȝ ꝙ descendant inferius. ꝛ ideo maiores fuerunt transuersales superiores quam inferiores. Et etiam ad hoc facit diafragma:vt postea dicetur. ¶ Eleuatis auteȝ ꝛ abscisis musculis istis apparet siphac melius est:tamē vt in vna parte reseruentur isti musculi propter illō qō postea oportet videre. ¶ Istud siphac est panniculus subtilissimus:ꝛ valde durus:ꝛ iste fuit factus vt ꝓhiberetur ne musculi cōprimerent membra naturalia cū ea ꝯtinerent:ꝛ propter hoc fuit neruosus ꝛ durus : vt possit dilatari ꝛ ꝯstringi quando illa dilatantur ꝛ fuit subtilis ne ea aggrauaret ꝛ fuit durus ne faciliter rumperetur.naȝ ex eius fractura accidit passio que dicitur ruptura seu crepatura. Intumescit.n. hoc mirach cum rumpitur hoc siphac. Sunt etiam eius alia duo iuuamēta que Auicen.ponit libro de animalibus capitulo de anothomia stomachi.s.vt per contractionem eius v͛sus dorsuȝ cū quo alligat expellat illud qō in stomacho ꝛ intestinis ꝛ in matrice ꝯtinetur:ꝛ hoc facit simul cum diafragmate cum quo continuatur: vt postea patebit. Aliud iuuamentum est vt alliget itestina dorso:ꝛ vt ab ipso vniuersaliter oriantur panniculi oiuȝ membrorum aliorum in eo contentoruȝ. Alia vtilitas ꝭm Gal'.q̄nto de iuuamentis membrorū est ꝙ prohibet itestina a ruptura quando inflantur a ventositate. ꝛ ex his apparet q̄ sit substantia ipsius mirach ꝛ ꝯplexio eius:apparet q̄ sit eius positio quantitas partium:ꝛ numerus apparet que sint iuuamenta ipsius. Restat autem videre de passionibus eius:potest autem venter pati omne gen⁹ egritudinis.s.malam complexionem:malam compositionem ꝛ solutionem continuitatis. De cura male complexionis nihil dicam:quia non habet propriuȝ in sua curatione quod ex anothomia dependeat.mala autem compositio que est tumor preter naturaȝ in ipso est duplex:quedam est apostema:ꝛ q̄daȝ nō. Prima non hȝ aliquod proprium nisi ꝙ in eruptione eius si rūpat ad intra ꝛ extra hec est peior q̄ȝ si rumpat ad vnū lat⁹ tātū:ꝛ cā pȝ:q2 natura non hȝ supra qō se fundet in cōsiliando vulnus. Mala auteȝ complexio que non ē apa est iflatio ipsi⁹ vētr]:q̄ accit i hidropisi asclite vl' tipanite:nā i asclite aq̄sitas ꝯtinet i ꝯcauitate vētr] iter itestina ꝛ siphac:sic̄ i tipanite vētositas ꝯtinet:ꝛ fac̄ itumescere mirach. ¶ In curatōe ei⁹ōbeȝ sic ꝓcedē cū his q̄ ponunt

ponūt auctores.modus āt q̄ matie depēdet ex anotho
mia ē extio aq̄sitatis p icisionē. Modus āt ē vt. ptē si
phac quā mō icidisti reducas sup itestina:ita q̄ stet si-
cut in viuo: ⁊ postea hidropico situato supino debes cu
tem trahere supius: ⁊ postea rosariū habere ⁊ pforare
vsq̄ ad siphac:ita q̄ icidat ēt siphac: ⁊ tunc statim de-
bes habere canulā ⁊ ponere in foramine ⁊ extrahere
ō aquositate quātū sustinet patiēs semp tū sis memor
q̄ melius est infra sustinere q̄ exq̄sitissime euacuare:
⁊ specialiter in hidropisi pp debilitatē virtutis: postea
dimitte cutim q̄r redibit ad locū suum ⁊ recoopiet vul
nus ⁊ ex aqua amplius nō exhibit. Ipsam vero qn̄ vis
extrahere plus retrahe cutim sicut pmo. Istud tū volu
mus nō facies nisi a lateribus:nō in medio:q̄r vulnus
factū in medio nō ita cito ꝯsolidat pp siphac esse gros-
sius ⁊ solidius ibi q̄ in lateribus. Scdo pp chordas
vulnus est paratū ducere spasmū. Tertio q̄r aqua me-
lius egredit q̄r grauis est tendere deorsū. Si vo venter
patiat solutionē ꝯtinuitatis:tūc illa solutio est penetrās
in pfundū:aut nō. Si aūt nō tūc est cura difficilis: si sic
tūc p vulnus aut egrediet aliqd de ꝯtentis aut nō. Si
sic:aut illud qd egrediet est zirbus aut aliqd interiorꝫ.
Si zirbus tūc dꝫ sui cū syrico vel ligare iuxta cutiꝫ quā
tū possibile est: ⁊ postea abscindi:q̄r totū de ipso quan-
tū ꝯtingit aer corrūpit: ⁊ si itromittat corrūpit ⁊ putre
facit alias ptes: ⁊ idō dꝫ abscindi: ⁊ post illud dꝫ intro-
mitti ⁊ filū dimitti extra: ⁊ dimittere labiū apertuꝫ:q̄r
nā ꝯsolidabit zirbū ⁊ expellet illud qd est cū filo alliga
tū: ⁊ hoc facto debes ꝯsolidare vulnus. Si vo illud qd
egressū est:est itestinū:tūc aut itestinū est vulneratum:
aut nō.si nō est vulneratū ⁊ neq̄ substātia alia est ei in
uoluta q̄ citius pōt dꝫ itromitti. Si vo aliqua substan
tia vt puluis est annexa vel ēt sanguis dꝫ lauari cuꝫ aq̄
calida ⁊ itromitti. Si vero pp morā ventositas sit iclu
sa in eo: ⁊ ex hoc itumescat ⁊ nō possit itromitti:tūc ca
taplasma resolutiuū vel spongia madefacta in decoctio
ne resolutiua desup poni dꝫ: ⁊ detumescet: ⁊ sic itromit
tat. Si aūt nō possit detumefieri.neq̄ itromitti:tūc di-
latet vulnus mirach donec itestinū itromittat. Cū aūt
itestinū fuerit icisum:tūc si ipm fuerit ex grossis intesti
nis debent labia eius sui cū syrico sicut labia aliorum
mēbrorꝫ. Si vo sit ex itestinis gracilibus:tūc nō susti-
net suturā nisi sit pfunda valde: ⁊ talis ipediet opatio
nē eius. Et pp hoc melius est vt dimittat ⁊ teneantur
ꝯiuncta labia vulneris cū capitibus formicarꝫ magna
rū.debent.n.labia itestini ꝯiūgi: ⁊ debes hr̄e formicas
magnas ⁊ facere q̄ mordeant labia ꝯiuncta vulneris
⁊ abscindere caput statim: ⁊ sic facere donec labia sunt
iuncta: ⁊ tūc itromitte itestinū vt pus.hoc facto ad cu-
randū ventris solutionem redi. Et istud vulnus curari
dꝫ cū reditiōe labiorꝫ in vnū: ⁊ reducta ꝯtinent in vnū
sutura facta cū syrico hoc mō. Nā in prima sutura reci
pe totū mirach ex vna pte:ex opposita vero pte dꝫ di-
mitti siphac: ⁊ reliqua de mirach in pte in qua dimissū
fuit siphac dꝫ assui: ⁊ ex alia pte siphac dꝫ dimitti: ⁊ sic
ꝯñr ad h' vt labiū siphac iungat ⁊ reducat labio mēbri
carniformis:vt fiat certior ⁊ firmior ꝯsolidatio vulneris
⁊ eodē mō vulnus h' si p seipm nil sit egressū: ⁊ hoc de
anothomia mirach qd est membrū ꝯtinēs sufficiat ⁊c.

Restat videre de anothomia ꝯtentorum:hec
mēbra sūt numero.x. Primū qd occurrit est
zirbus. Scdm itestina. Tertiū stomachus.
Quartū splen. Quintū epar. Sextū misin-
teriū. Septimū renes. Octauū vesica. Nonū testiculi:
⁊ vasa spmatica ⁊ matrix mulieris. Decimum est virga
cū collo vesice. De zirbo aūt pmo qd dꝫ videre ē locus
eius:locus.n.eius in hoīe est q̄r cooperit stomachū ab
iteriori pte: ⁊ oīa itestina: ⁊ lꝫ in aliꝭs nō coopiat oīa in
testina:hoc fuit q̄r hō iter cetera aīalia eiusdē quātita-
tis est debilioris digestiue vtutis: ⁊ ēt q̄r itestina noci-
uis exterioribus sūt magis disposita pp cutē eius subti
liorē eē ⁊ minus pilosam. Ex h' ēt pōt patere fm q̄ sit
eius iuuamētū. Iuuamētū.n.eius est pncipalr ꝯfortare
virtutē digestiuā stomachi: ⁊ iteriorꝫ reuerberādo ca-
lorē nālem ad stomachū. Et ppterea dixit Gal'.qnto ō
igenio sanitatis q̄ qdaꝫ miles in bello fuit vulneratus
cui epipler.i.zirbus fuit abscisus tū ex vulnere sanatus
est:ex quo tū postea nō potuit digerere. Et ex his con-
sequēter pꝫ tertiū ingrendū de ipso.s.de substātia eius.
substātia eius nō fuit simplex:sed cōposita ⁊ fabricata
ex substātꝭs q̄ habent calefacere: ⁊ ppterea fuit cōpo-
situs ex triplici substātia sicut dicit Gal.x.de iuuamen-
tis mēbrorꝫ.s.ex pāniculis subtilibus duobus:ex adi-
pe seposa. Ex arterꝭs ⁊ venis. Et ex panniculis. Prio
vt ibi pāniculi ꝯtinerēt alia: ⁊ ēt q̄r iste zirbus debebat
eē extensibilis leuis ⁊ desus vt caliditatē reuerberat ⁊
ad hoc āt magis pōt substātia pānicularis ⁊ aliq̄ alia.
Scdo in ipso fuit adeps q̄r calefacit cū sit valde ppinq̄
caliditati vel in potētia ad calidū. Tertio arterie ⁊ ve-
ne q̄ multū calefaciūt. Ex hoc patent reliq̄ duo.s.qs sit
numerus ptiū eius: ⁊ q̄ sit colligātia eius.nam hꝫ colli
gantiā ad mēbra ad que terminat vt ad stomachū vel
ad splenē: ⁊ ad itestina: ⁊ spāliter colon pp cām que di
cet:hꝫ ēt colligantiā ad mēbra a qbus orit. Orit nanq̄
a pāniculo carnoso iter dyafragma: ⁊ cā q̄re inde orit
est:q̄r ad pāniculū illū terminant due extremitates pā
niculi siphac:q̄ debent iuestire zirbū: ⁊ sic q̄r ibi est ve-
na magna ⁊ ēt est arteria a qbus iuxta stomachū oriū
tur vene pue: ⁊ arterie ꝯtextus zirbū. Tertio ibi est mi
sinteriū seposum:a quo orit adeps seposa replēs vacui
tates illius ꝯtexture.q̄ aūt ipsius egritudo est declarā
da p anothomiam patet ex his que dicta sunt supra.


Leuato autem zirbo quantum ad partem:
que cooperit intestina ⁊ non plus: ne mo-
ueas alia membra a suo loco statim tibi ap-
parēt intestina. Circa que primo notabis po
sitionem ⁊ numerum.ferunt enim plura inuoluta ⁊ re
uoluta: ⁊ non fuerunt vnum intestinum rectum pro-
pter duo. Primum q̄ dato in quibusdam brutis tan-
tum sit vnum intestinum rectum vel recte procedens.
In homine autem ⁊ in aliꝭs animalibus perfectis fue
runt reuoluta:vt diu cibus contineretur in stomacho ⁊
in intestinis:quia si non contineretur oporteret q̄ ani-
mal esset in continua assumptione cibi ⁊ in continua
assellatione. Et continuatio illa impediret occupatio-
nem in aliꝭs perfectioribus operationibus. Secunda
causa fuit q̄r si intestinum fuisset totum vnum rectum
non quelibet pars cibi fuisset contacta a superficie inte
stini: ⁊ ideo non exiccasset totum intestinum totam hu
miditatem contentam in cibo.vt igitur nihil remaneat
de cibo intactum ab intestinis: ⁊ vt tota humiditas
exiccaretur ordinauit natura ipsa esse inuoluta.ex hoc
statim apparet q̄ sunt plura numero.quia sex tria sub-
tilia: ⁊ tria grossa. Incipiamus ergo ab vltimo quod
vocatur rectum vel longum:cuius extremitas est orifi
cium quod vocatur anus. Sed vt anothomia aliorꝫ
non destruatur ligare oportet intestinum istud circa
medium eius in duabus partibus ⁊ in medio ligatu-
re incidere: ⁊ inferiorem partem dimittere ⁊ cum su-
periori ascendere scarnando. Et nota circa istud inte-
stinum multitudinem venarꝫ miseraicarꝫ q̄ veniūt ad
sugendum si aliquid est de humiditate in chilo vel de

superfluitate

supfluitate remāsit. ⁊ istud itestinū iuxta ilia finit vbi i
cipit itestinū colon. Et dr̄ colon: q2 plura cola h3 vl' ca
uernositates vel cellulas vel cameras in qbus stercus
figurā accipit: ⁊ in ipso retinet pp has cellulas. Circa
qd̄ itestinū debes ꝯsiderare locū: q2 m'ltū circa sinistrū
renē iuoluit̄ hec est cā q̄re eius dolor ex pte loci nō di
stinguit̄ a dolore renali. Postea vō ascendēs ⁊ coope
riens splenē icipit circa exteriora declinare v̄sus ptem
dextrā ⁊ cooperit stomachū: ⁊ pp coopturā quā facit
supra stomachū accidit: ꝙ qñ supfluitates descēdūt ex
hoc itestino ꝙ stomachus ei compatitur ⁊ dolor ⁊ ru
gitus tunc tp̄is appet circa stomachū: ⁊ tūc statī hō
appetit assellare: ⁊ assellat. Qd̄ nō ꝯtingeret si i stoma
cho eēnt hūiditates q̄ facerēt hūc rugitū ⁊ dolorē ⁊ ex
hoc p3 ꝙ accidit his q purgant̄ ꝙ sincopis eis accidit
qñ appetūt assellare. Vel hūores in itestino hoc ꝯtinet̄
q debēt euacuari: q2 tūc illi hūores in itestino illo exi
stētes alterāt stomachū: ⁊ os eius: ⁊ ex alteratiōe oris
stomachi seq̄t̄ sincopis. S3 dubitat aliqs rōnabil'r de
loco huius itestini cū sit de grossis deberet eē inferius:
⁊ nō supra alia cuius oppositū appet. Dicēdū ꝙ istud
itestinū fuit locatū sup̄ius iuxta stomachū pp tria. Pri
mum ꝙ istud ignobilius est oībus gracilibus. ⁊ iō sub
mirach iter oīa gracilia debuit eē positū exterius. Se
cundū ꝙ istud itestinū cōtinetfeces: ⁊ aliqñ idurant̄:
⁊ de se p̄uata sūt oī hūiditate ⁊ cal'itate nāli: vt a mem
bris vicinis adiuuaret̄: ordinauit nā vt imediate locaret̄
supra stomahū: vt coopret̄ a zirbo: a quo ⁊ stomachus
coopiret̄: q2 ⁊ zirbus ip̄m hūectat ⁊ calefacit: ⁊ propte
rea appet ꝙ nō est aliud intentū cum quo alligatus sit
zirbus sicut cū colon. Tertia cā huius locatiōis est: q2
istud itestinū ꝓprie est factū ad ꝯtinendū ⁊ expellēdū
feces: s3 magis ad expellendū. ⁊ iō iter alia itestina ad
ip̄m ꝓprie debuit ꝑuenire colera q̄ h3 expulsiua stimu
lare mō p hoc ꝙ sic locatū est colera ad ip̄sius substā
tiā ꝑuenit p̄ter illā q̄ ad ꝯcauitatē itestinorum ꝑuenit.
Nā supra ip̄m in pte dextra existit pēnula epatis in q̄
existit chistis fellis cū quo alligat̄: ⁊ hoc appet ad sen
sum. Et ꝓpterea tale itestinū in tali loco appet citrinū:
⁊ amarū in gustu ⁊ nigrū. Et nota circa hoc mirabile3
opatiōnē nāe. Ad illud qd̄ obӱcit̄ soluit̄ ꝙ itestina non
iudicant̄ supiora rōne loci: s3 rōne colligātie quā h3 cū
stomacho vel fundo stomachi: mō itestina gracilia rō
ne colligātie ad fundū stomachi sūt supiora alӱs: ⁊ ex
loco istius supioris itestini appet cā q̄re in dolore coli
co auget̄ dolor tp̄e assūptiōis cibi: q2 tūc istud itestinū
cōprimit̄ a cibo: s3 tp̄e famis nō. S3 itendit̄ dolor rena
lis ⁊ hoc est vnū ex signis distictiuis iter vnū dolore3
⁊ aliū: ⁊ ex loco ⁊ colligātia dicti itestini appent nobis
duo. vnū vtile in cognitiōe: aliud in opatōe ⁊ cognitōe
q2 qñ fit colica passio icipit in pte sinistra: ⁊ in illa ma
gis molestat: tūc q2 itestinū illud frigidius est illic cu3
nō tangit̄ a chisti fellis. Scd̄o q2 in maiori q̄titate est
locatū circa renē sinistrū: ⁊ est strictius: tñ illa colica q̄
fit in pte sinistra nō tam diu molestat: tū q2 fit a causis
faciliorib9: tum q2 est cā eius in loco viciniori ad ex
pulsionē. Et nota hoc q2 p expientiā vidi multotiens.
Quantū ad opus vō ꝯfert. Prio q2 in colica ea q̄ ad
ministrant̄ ad extra debent magis applicari ⁊ appro
ximari circa hypocondriū dextrū q̄3 sinistrū l3 vtrobi
q3 ꝯferat. Secundo q2 qñ fit clistere melius est vt cor
pus declinet versus dextrū: vt itestinū colon nō cōpri
matur ab alӱs: postea iniecto clisteri qñ volūtas est vt
egrediat̄ clisteri vertat se statim sup latus sinistrū: ⁊ po
stea paulatiue sup dextrū sicut in expulsiōe que d3 fieri
p positionē administratā p supiorē ptem: ecōtra qñ in
cipit mouere hoc est de loco ⁊ colligātia eius. Substā
tiā vero eius ꝯsideres grossam ⁊ solidā pp ventosita
tē gñatam in eo: multo tp̄e ꝯtinet q̄ in eo fortissimū in
terdū generat dolorē que cū fiat in substantia grossa ⁊
solida apparet ac si itestinū terebello pforet̄. Et ēt in h̄
similat̄ dolor huius dolori renali. Quarto considerare
debes figurā eius ⁊ formā que appet ex dictis. cellulo
sum eni est itestinū ⁊ in cellulis istis q2 via ⁊ trāsitus
multis obliquat̄ supfluitatibus: ⁊ fit cā more supfluita
tū que in eo figurā recipiūt ad modū illarū cellularū: ⁊
iō stercus figurā h3 quā scis figura maxie appet i ster
core desiccato: ⁊ retento. ⁊ in febribus ⁊ in alӱs egri
tudinibus in qbus eӱciunt̄ sqbale: ⁊ hūores flegmati
ci retinent̄: ⁊ sūt mā ꝯcurbitini. nā in ꝯcauitate cellula
rū: ⁊ humor flegmaticus melācolicus: q est sufficiens
mā generatiōis vermiū si iter vnā cellulā ⁊ aliā ꝯtine
tur paucus humor q nō sit sufficiēs ad generationem
pāniculū ꝯtinuantē vnū vermē generat in vna cellula
cū alio in alia cellula generato. Opatio iuuamentum ⁊
egritudo ipsius ex p̄dictis p3. Hoc aūt itestinū est cōti
nuatū pte supiori cū monoculo siue ceco qd̄ dr̄ mono
culus nō q2 nisi vnū habeat orificiu3: p qd̄ attrahit̄ ad
ip̄m ⁊ p ip̄m expellit: q2 hoc est ip̄ossibile: s3 h3 duo ori
ficia: vnū p qd̄ attrahit: alterū p qd̄ expellit. Istud aūt
p qd̄ expellit nō est sicut in alӱs opposite locatū cōtra
p̄mū: s3 ambo locata sūt iuxta se inuicē ⁊ ifra hec orifi
cia pendet lacuna huius itestini ad modū sacci: ⁊ ideo
alio nomine vocat̄ saccus: ⁊ sic apparet eius figura: ⁊
colligātia: ⁊ locus ēt q2 locatum est in latere dextro su
pra ⁊ iuxta terminū anche siue scie: ⁊ ifra renē dextrū.
Substātia eius est eadē cū substātia colon: egritudinē
ēt patit̄ sil'em. Juuamentū est vt ps succi q̄ venit ad ip̄3
in eo retineat̄: ⁊ reuoluat̄ ⁊ vt reuerberet vel descensū
ꝓhibeat sitū ipsius succi ab itestinis superius: ⁊ ista i
testina supiora sūt gracilia ⁊ sūt tria. Na3 huic itestino
ꝯtinuat̄ itestinū yleon qd̄ circa ylia locationē h3 ⁊ sitū
⁊ reuolutionē: ⁊ in isto fit yliaca passio in qua est dolor
vehemēs circa ylia: ⁊ sic appet locus: colligātia: passio
⁊ dolor. Substātia eius est subtilior: ⁊ iō gracile vocat̄
sicut pp p̄mā cām vocat̄ yleon. Eius iuuamētū: q2 fa
ctū est vt cōtineat succū. vt qd̄ vtile est possit exsugari:
iō multū iuolutū est: ⁊ ad ip̄m ꝑueniūt plures vene mi
seraice q̄3 ad aliqd̄ aliud itestinū: ⁊ ab eis ⁊ a misente
rio debes ip̄m excarnore. ⁊ qñ ad ptē eius supiorē iux̄
stomachū ꝑuenisti: tūc iuenies ꝙ circa ptē sinistra3 ad
spondiles declinet ⁊ valde est icarnatū cū misenterio
⁊ iō cū cautela icide ne frāgas aliqd: ⁊ post icisionem
inueniēs ieiuniū itestinū qd̄ taliter vocat̄: q2 vtpl'imu3
iuenit̄ vacuū in bene dispositis. Et cā sue vacuitatis est
duplex. s. rectitudo eius. nā est rectū sicut itestinū vlti
